



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [1] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [2] · ·



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [3] · ·



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [4] - -

J. N. J.

20

TRACTATIO IVRIDICA DE JOCO,

Vulgo

Kälberey oder Scherz.

QVAM

FAVENTE SUPREMO NUMINE

CONSENTIENTE

MAGNIF. JCT. ORDINE

IN

ILLUSTRI VIADRINA

PRÆSIDE

DN. JOACHIMO HOPPIO,

J. U. D.

IN AUDITORIO JCTORUM

H. L. Q. C.

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI SUBMITTIT

AUTOR

ELIAS AUGUSTUS STRYKIUS,


LENZ. MARCH.

FRANCOFURTI ad VIADRUM,

Typis JOHANNIS COEPSELII, Academ. Typocr. 1704.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [5] · ·



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41,Leibn. Marg. 41, Stück 20, [6] - -

PRÆFAMEN.

PEccare videbor tibi, Benevole Lector, inter ſeria Themidos ſtudia, jocos exhibiturus publice. Jocularia enim themata omnino indigna videntur diſqviſitione Juridica, & Theatrum & ſcenam potius ableganda. Cathedra qvippe Themidos ſeria tantum, & non niſi Juſtitiæ culturam ſpirantia admittit. Verum uti innocuos ſales non aſpernatur etiam rigidus cenſor; Nec jocorum venuſtatem tempeſtive prolatam faſtidire ſvevit liberale ingenium; Ita ego qvoque rigidum Catonem ſerias noſtras & non jocoſas de joco cogitationes vix ægré laturum, confido. Res ipſa vulgo nota, notam equidem contraxit, adeo ut circa jocos occupari fere ſemper in vitio poſitum. Verum & in his, Cicerone teſte, adeſt elegantia, adeſt urbanitas, adeſt ingenium. Imo qvos graviſſima verborum admonitio ad mentem reducere non potuit, haud raro reduxit jocoſa oratio. Sæpius omne tulit punctum, qvi miſcuit utile dulci. Alii

verò, qvibus moleſta ſunt omnia, ut qvamcunqve amici vocem ſiniſtrè interpretentur, ex jocis jurgiorum cauſam ſumunt, parum memores moniti illius Plautini. *Nimis iracundi eſtis; Eqvidem hæc vobis dixi per jocum.* Oriuntur ergo etiam de Joco coram Juſtitiæ tribunali lites graviſſimæ, dum alter vel inde injuriarum capit occaſionem, alter verò jocoſæ liberalitatis nexum prætendit validum, & inde ſibi Juris perſecutionem natam eſſe, perſvaſus eſt. Ob qvem finem ſpeciali Legum ſanctione litibus ex joco oriundis occurrendum credidit Jurisprudentia Romana *L. 3. §. 2. ff. de Oblig. & Act. & L. 3. §. 3. ff. de injur.* Non itaqve alienam à cathedra Juridica credidi materiam, qvam non indignam Legislatione cenſuit Juſtinianus. Nec peccaſſe mihi videor, qvod in hac materia primitias Studii Juris, publico ſiſtere conſtituerim: Id enim operam dedi, ut qvæ hactenus in Judiciis ſeriò de Jocis agitatæ controverſiæ, eo ordine exponerentur, qvem in tradendis Jurisprudentiæ elementis ſecutus Juſtinianus. Quapropter huic de Joco non jocoſæ tractationi veniam eo faciliorem promittimus, qvo magis intereſt, lites ex jocis oriundas citius finiri, nec omne, qvod liberali animo & intentione penitus innocua prolatum, flagitiis annumerari. Non veremur, pro excuſando themate noſtro, noſtra facere, paucis modo mutatis, qvæ ad Cæſarem Domitianum qvondam ſcripſit Poëta:

Conſvevere jocos veſtri qvoqve ferre triumphi
Materiam dictis non pudet eſſe ducem.
Innocuos cenſura poteſt permittere luſus,
Laſciva haud nobis pagina, juſta probat.

CAP. I.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41,Leibn. Marg. 41, Stück 20, [8] - -

CAPUT. I.

De JOCO IN GENERE.

I.

NE illotis, ut sic dixerim, manibus, qvod nefas atqve inconveniens est Cajo JCto *L. 1. ff. d. Orig. Jur.* protinus ipsam materiam tractationis aggrediar, è re erit momente Ulpiano *L. 1. pr. ff. de Just. & Iur. L. 1. pr. ff. de Reb. Cred.* pauca qvædam fundamenti loco præsuppositisse generalia, cum horum evolutio ad ipsius rei provehat notitiam, Reinking. *tr. de retract. consangv. qvæst. 1.* & tum demum commode res ipsa in tractationem venire possit, si de ea antea satis constet Cicero. *lib. 3. Topic.* *Ingressus.*

II. Ordinis autem rationem habituro, qvi tantopere commendatur in *Nov. 31. pr.* ac Baldo *in L. 2. ff. de Orig. Iur.* prælimínaris qvæstio terminanda erit: *An jocari liceat?* ne aliàs, qvod fugiendum existimavit Pontifex. *c. pen. X. de Ordin. cognit.*, ordo juris subvertatur. Non desunt hodie, qvi jocos ac omnem animi recreationem penitus aversantur, ac qvantum in ipsis est, fere non è rebus humanis profligant, fundamentum assertionis suæ ponentes in dicto Christi *Luc. 6. v. 25.* ubi condemnantur illi, qvi rident in hoc seculo; & Apostoli *Ephes. 5. v. 4.* junct. *Coloss. 4. v. 6. Ephes. 4. v. 29.* ubi eutrapelia, qvæ circa jocos occupata est, reprehenditur. Qvam ob causam qvoqve Chrysostomus *homil. 6. in Matthæum* fletus & lacrymas magis decere, ait, Christianos, qvam jocos. Et ne hanc sententiam soli monasticæ severitati originem debere opinemur, jam olim divinissimus Plato *Lib. 11. de Legibus* jocos cane pejus & angve fugiendos autumavit, nec bonæ indolis signum esse, si qvis jocetur, Qvintilianus asseruit. Insuper si licerent, virtutis actibus adnumerandi essent, ac per consequens certa ratione ac arte tradi possent, ad instar reliqvorum actuum *An liceat jocari? Rationes Negantium.*

um virtutis, qvod tamen factu impossibile esse, testantur Cicero *lib. 2. de Orator.* Qvintilianus *Instit. Orator. lib. 6. cap. 4.* cum illi qvi jocorum artem & rationem tradere conati fuerint, ita extiterint insulsi, ut illorum aliud nihil, qvam insulsitas rideretur.

Affirmatur. III. Hæc sunt argumenta, qvæ pro stabilienda negativa hujus quæstionis decisione afferri solent; Qvam parum illis roboris insit, probata contraria sententia demonstratum dabimus. Imo nihil eadem nostræ sententiæ detrahere, rem ipsam paulo penitius inspicenti illicò patebit. Immodicum siqvidem jocorum usum, vel potius abusum & nos damnamus, improbantes exemplum Franciſci Rabbelæsii, qui literis græcis latinisqve instructissimus, & Medicinæ, qvam profitebatur, peritissimus, postremò omni studio serio omisso, totum se gulæ ac vitæ solutæ mancipavit, & ridendi hominis, uti jactabat, artem propriam amplexus, Democritica libertate, ac scurrili dicacitate vitam Chinone in Gallia vixit; cujus memoriam ita recolit Thuanus *lib. 6. de vita sua ad Annum 1548. pag. 95.*

Modo vitetur abusus.

Sic vixi, ut vixisse mihi jocus, atqve legenti
Qvæ vivus scripsi, sit jocus atqve joco.
Per risum atqve jocum, homini data vita fruenda,
Inter amarescit seria felle magis. &c.

Potius nostrum facimus illud Viri militaris olim de Philosophia enunciatum: Philosophandum esse qvidem, sed paucis; qvod ipsum Danæus *tr. de ludo aleæ cap. 1.* ludis applicuit, & nos meliori jure de jocis dicere possumus: Jocandum qvidem esse, sed paucis.

Rationes sententiæ affirmativæ. IV. Omnino enim è vita humana tollere velle jocos, acerbius quiddam est ac durius, qvam ut facile natura homi num pati possit, neqve minus sanè prohibendus homo animum, laboris defatigatum, jocis aliisqve recreationibus reficere, qvam corpus cibo, cum joci animi cibus sint. Leonh. Lessius *de Just. & Jur. lib. 4. c. 4. dub. 13.* Add. Arnold. Geulines *Ethic. de Virtut. Cardin. Sect. 2. Obligat. 6. §. 9.* Non etenim expedit, juxta effatum Senecæ *de Tranqvill. anim. c. 15.* æqvaliter

semper

ſemper retinere mentem, ſed ſapientem interdum remittere aciem, rebus agendis intentam, decct. Auguſtin. *de Muſica lib. 2. fere in fin.* Qvod enim alterna caret reqvie, non eſt durabile, ut commune habet proverbium, & omnia mortalia eum perpetuis decrementis intercidant, perpetuis qvoqve incrementis, ut ſubſiſtant & renoventur, egent L. *proponebatur 76. ff. de Judic.* Petr. Gregor. Tholoſan. *Syntagm. Jur. Univerſ. lib. 39. c. 2. n. 3. ſeqq.*

V. Et his rationibus Sanctos qvoqve adductos, ut actionibus ſuis miſcuerint jocos, evidenter ſatis patet ex *Geneſ. 26. v. 8. Iob. c. 12. v. 2.* Qvod ſi exemplis etiam profanis judicandum, qvantus illorum proferri poſſet cumulus! Niſi à primis annis honeſtis jocis aſſveveris, nunqvam te in legitimum probumqve virum evaſurum, judicium eſt Ariſtotel. *lib. 8. Polit.* tantaqve jocorum æſtimatio fuit apud Lacedæmoniorum Lycurgum, ut joco veluti Deo ſtatuam erexerit Plutarch. *in vita Lycurgi.* *Joci in Sacris & profanis literis probati.*

VI. Qvod igitur rationes in contrarium adductas attinet, earum qvasdam non contra nos militare, qvasdam verò aperte falſas eſſe, patebit. Sententia enim Chriſti ad ſecuritatem Epicuream & Ἐπιχαιρεκακίαν pertinet, non jocos honeſtos. Frider. Balduin. *in Comment. ad Epiſtol. Paul. Epheſ. 5. Qv. 4.* Eutrapelia verò cujus mentio fit *Epheſ. 5. v. 4.* non tantum honeſtam ac moderatam, ut tradit Ariſtoteles, jocandi rationem denotat, ſed & ſcurrilitatem, qva non habita ratione perſonæ, loci, temporis, reique ipſius nihil præter riſum qværitur, & juxta Hieronymum, fatuitate magis ſimulata illuditur eis, qvibus placere deſideratur, conf. Wendelin. *Philoſoph. Moral. lib. 1. c. 19. §. 8.* De qva non Chryſoſtomo tantum, ſed & Apoſtolo *d.* L. ſermonem fuiſſe, ex ipſo contextu ſatis appareat, qvando *d. v. 4. c. 5. ad Epheſ.* additur, qvæ non ſunt decentia, ſive qvæ ad rem non pertinent. Vid. plur. Cornel. à Lapide *ad d. l. Apoſtoli p. 524. lit. B.* Calov. *in Bibl. Grotii tom. 4. pag. 719.* Qvorſum ſpectant verba B. Lutheri *tom. 1. Ien. latin. fol. 160.* Eutrapelia ſive ſcurrilitas, qvæ eſt facetia ſive urbanitas, qvam Ariſtoteles virtutem eſſe putat, qvando ſci- *Refutantur rationes negantium.* *Explicatur locus Epiſt. ad Eph. 5. v. 4.* *Adducitur locus B. Lutheri.*

licet

licet non turpia neqve ſtulta, ſed jucunda & erudita ſimul dicuntur, ut utilitas intret ſub dulcedine ſvavitatis & comitatis. Itaque comitas ſive affabilitas, ſive urbanitas, ſive facetia ralis, qva fit ut triſtes atqve tentati in Spiritu recreentur laudabilis eſt; Verum qvæ fit ſine cauſa ad conſolatiunculam tantum vanitatis & carnis, præſertim cum hujus ſemper non ſit niſi levitas cauſa, & ſola lubido confabulandi ac ridendi moveat illam, non convenit Chriſtianis. Idem dicendum de judiciis Platonis ac Quintiliani.

Non ideo illiciti joci, qvod virtutibus non poſſint annumerari.

VII. Qvod alteram attinet rationem, conſeqventia nimium qvantum vacillat; Si liciti ſunt, virtutibus adnumerari eos neceſſum eſt. Cum etenim dentur actiones liberæ, ſive qvæ neqve præceptæ Legibus, neqve interdictæ ſunt, qvas indifferentes eſſe, ſeu neqve bonas neqve malas in genere morum extra dubium eſt. Dn. Pufendorff. *Elem. Jurisprud. Univerſ. lib. 1. def. 16. §. 3.* qvæqve ea propter ſine omni peccato ſuſcipi poſſunt & reprehenſione, Dn. Pufendorff. *de Jure Natur. & Gent. lib. 1. c. 7. §. 2,* qvibus jocos adnumerat Leonh. Leſſius *de Juſt. & Jur. lib. 4. c. 4. dub. 13. n. 95.* intermedium qvoddam actionum genus eſſe, patet inter actiones bonas, qvæ virtutum, & actiones malas, qvæ vitiorum nomine veniunt. Quin & urbanitatis qvandoqve ſpeciem eſſe, ſermonibus ſuis jocos adſpergere, omnibus notum, Wendeliu. *Philoſoph. Moral. lib. 1. c. 19. n. 9.* Add. Stephan. Guazz. *de Civil. Converſ. Diſſ. 3. pag. 209.*

De jocis poſſunt præcepta tradi.

VIII. Qvod de impoſſibilitate tradendi jocorum artem ac rationem, in medium prolatum eſt, non adeo firmo ſtare tibicine, videre eſt ex *Praxi Jocandi Anno 1602. Francofurti edita,* aliisqve libris, qvi de joco ſeriis paſſim circumferuntur. Et qvamvis ſingulorum jocorum in ſpecie, cum ii pro diverſitate circumſtantiarum varient, certa non poſſit tradi ratio, inde tamen in genere certa ac utilia de jocis præcepta tradi non poſſe, concludere velle, abſurdum foret; Et licet illi, qvi hoc moliti ſint, parum felicem qvandoqve experti ſint ſucceſſum, inſulſos tamen in aliqva arte doctioribus ac peritioribus inſulſitate ſua præjudicare non poſſe, certum eſt.

IX.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41:Leibn. Marg. 41, Stück 20, [12] - 8

IX. Manet itaque firma concluſio, jocos licitos eſſe, eosque animi reficiendi gratia licite adhiberi poſſe. Petr. Gregor. Tholoſ. *Syntagm. Jur. Univerſ. l. 39. c. 2. §. 3. ſeqq.* Dominic. à Soto *de Juſtit. & Jure lib. 4. quæſt. 5. art. 2. verſ. Ad quæſtionem col. 2.* Zahnius *de Mendac. l. 1. c. 45.* Piccolomin. *grad. 4. de Philoſoph. Moral. c. 29.* Abſit tamen, ut ubique ac omni tempore jocorum licentiam adſtruamus: certa enim loci, temporis, perſonarum aliarumque circumſtantiarum habenda eſt ratio, de qua certas regulas tradit Balduin. *ad d. loc. Apoſtol. qv. 4.* vid. *infr. th. 26.* Siquidem non ita generati à natura ſumus, ut ad ludum & jocum facti eſſe videamur. Cicero *de Offic. lib. 1.* Ita in conventibus ad ſeria inſtitutis jocos admiſcere velle, turpe foret. Zahn. *de Mendac. d. c. 45. n. 2.* Uti enim indecorum eſt, in congregationem honeſtarum mulierum meretricem introducere, ſic & inconveniens eſt, colloquiis ſeriis jocos miſcere & ludicra. Zeiller. *cent. 1. epiſt. 42.* Quo nomine meritò notandus venit Cicero, qui negotiis admodum ſeriis riſu jocoque illudens in judiciis, ut cauſæ prodeſſet, neglexit decorum, prout videre eſt in *Orat. pro Cælio* ubi noneſſe mirum, dicit, ſi in tanto ille luxu & deliciis ad voluptates dediſſet ſe, non enim frui iis, quæ in promptu ſunt, dementiam eſſe, præcipue, cum in voluptate ſummum bonum ponant clariſſimi Philoſophi. Quale encomium verò jocorum ipſius frequentia reportaverit, refert Plutarch. *in Vita Ciceron. p. 886.* quod ſcilicet Cato coram conſeſſu exclamaverit: *Dii boni, quam ridiculum habemus Conſulem!* Huc quoque referendum Heliogabali Imperatoris factum, qui in Matris Semeæ honorem fœmineum inſtituit ſenatum, à quo, quô veſtitu incederent mulieres, quæ ad cujus oſculum veniret, & ejusmodi ſexcenta fere alia pronunciata fuerunt. Ælius Lampridius *in vita Heliogabal.* Judicium de hoc Senatu vid. apud. Excel. Dn. Beemanum. *diſput. de Exuperant. Obſequii. c. 3. §. 6.*

In jocando circumſtantiæ non negligendæ.

In negotiis ſeriis vitandi joci.

Notatur Cicero.

Notatur Heliogabalus Imper.

X. Multo minus autem convenit jocus rebus ſacris, cum abhorreat ab eccleſiaſtica regula. Ambroſ. *l. 1. Offic.* Et maximum peccatum eſt, ſi in rebus ſacris ſive concionibus adhibeantur

Multo magis vitandi in negotiis ſacris.

beantur facetiæ Leonh. Lessius *de Iust. & Jur. l. 4. c. 4. dubit. 13. n. 96.* Contrariatur enim hoc reverentiæ & attentioni verbo divino debitæ impedit fructum & ædificationem auditorum, lædit existimationem concionatoris, eumqve vanitatis arguit. Lessius *d. l.* Unde graviter monet Dn. Gunther. Heiler. in den süssen JEsus Gedancken *Rubric.* JEsus mein Segen *p. 62.* Rede nichts was nicht zur Fortpflantzung der Ehre GOttes dienet; Suche nicht die Ohren der Menschen zu jucken/ sondern die Seelen fertig zu machen. Auff die Kantzel gehöret keine Eulenspiegel oder andere nichtige Fabeln/ so mehr zum Lachen zwingen/ als zum Hertzen dringen/ sondern da soll man nöthige/ nützliche und erbauliche Dinge fürtragen/ dadurch das Hertz afficiret und beweget wird. Gottes Wort wird dir überflüßige Materie an die Hand geben zu lehren und zu predigen. Qvem cum aliis refert Dn. D. Stryk. *in Annot. ad Jus Eccles. B. Brunneman. L. 1. c. 6. membr. I. §. 25. in fin.*

Verbo divino non abutendum ad jocos.

XI. Idem dicendum, si qvis verbo divino utatur ad jocos, omnisqve generis facetias, de qvo ubiqve obvio peccato iterum conqveritur Dn. Heiler *d. tr. rubr.* JEsus mein Gastwirth *p. m. 240.* his verbis: Es wird fast kein Gelach gefunden/ da nicht so wol hohe als schlechte Leute das Wort Gottes schändlich verunreinigen und mißbrauchen. Da muß GOtt der HErr sein heiliges Wort zu allerhand Possen und Narrentheidungen herleihen; da wird die gantze Gesellschafft rege gemachet zum Lachen/ wenn ein solcher grober Zotenreisser/ die Sprüche der heil. Schrifft/ leichtfertig auff üppische Sachen appliciren/ und verdrehen kan. Ejusmodi ergo jocos & nos improbamus, horumqve gravissimam aliqvando in die tremendi judicii rationem reddendam, credimus. Vid. D. Joh. Lassen. in bürgerlichen Tischreden *colloqv. 4. p. m. 263. & 264.* Concil. Trident. *Sess. 4. in fin. de Sacr. lib. edit.*

Qvid si Sacramenta joco collata?

XII. Qua occasione qværi posset: Quid de Sacramentis joco collatis habendum, valeatne ejusmodi ludicra collatio? Pontificii, dum integritatem Sacramentorum ex hominum, præprimis dantium, intentione metiuntur, de quo expressus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [14] - 10

preſſus eſt *Can. XI. Concil. Trident. Seſſ. VII. de Sacram.* varias hîc comminiſcuntur diſtinctiones, uti videre eſt apud Bellarmin. *Tom. III. Oper. Theol. p. 51. lit. C.* Hugon. *de Sacrament. lib. 2. c. 13. §. 16.* Soto *in 4. diſt. 1. qv. 5. art. 8.* Auguſtinus nihil pronunciare audet, ſed ſi v. g. baptiſmus totus ludicrè & mimicè ac joculariter agatur, utrum approbandus ſit, divinum judicium per alicujus revelationis oraculum, oratione implorandum eſſe cenſet. *can. Solet etiam 31. diſt. 14. de Conſecrat.* Nos breviter cum ſummo Theologò Mart. Chemn. *in Exam. Concil. Trident. part. 2. d. can. II. p. 226.* dicimus: Peccare qvidem miniſtrum, qvi ita profano & irriſorio animo confert Sacramentum; quod ſi tamen inſtitutionem Chriſti non negligat, non reddere veritatem Sacramenti irritam, cum ad hanc non pertineat qvalitas vel fides miniſtri. Uberiorem disquiſitionem relinqvimus Theologis. Add. B. Brunnemann. *Jus Eccleſiaſt. L. 2. cap. 1. membr. 2. §. 5. & 6.*

XIII. Et ſic diſcuſſa qvæſtione præliminari, rei ipſi propius nos admovemus, excutientes prius ea, qvæ circa nomen hujus Diſqviſitionis obſervari poterant. Vix autem eſt, ut à Latinis exſpectemus natales vocabuli *Jocus*. Primitivum enim eſt, nec, qvod ſcio, à qvoqvam derivatum. Qvod ſi tamen derivatio verborum latinorum à Græcis cuiqvam placet, ille derivatum hoc ſciat à græco ἰάχω, qvod eſt, *vociferor, clamo*, vel *cum clamore loqvor*. Cum enim joci non niſi ex læta hilariqve mente proveniant, cui rebus proſperis vocem attollere moris eſt, hanc ob cauſam hinc derivatum volunt jocum, qvod ſonus, uti clarior, ita hilarior fiat, conf. Chriſt. Beeman. *Manuduct. ad latin. ling v. voce Jucundus pag. 855.* *Unde jocus derivetur?*

XIV. Accipitur hinc indè variè apud varios. Sic apud Horatium *L. 1. Od. 33. verſ. 12.* pro *Deo* capitur, qvia tanqvam DEus qvispiam una cum Cupidine Venerem circumvolitat, de qvo Lævin. Torrent. *ad d. l. Horat.* Add. Caſp. Barth. *L. 7. Adverſar. cap. 12. & L. 3. cap. 8. in fin.* Apud Scriptores Semilatinos, *picturam* deſignat, qvia picturæ modo rem veram jocus æmulatur, de qvo vid. Barth. *d. l. L. 12. cap. 29. pr.* Sœpius etiam *Accipitur jocus pro Deo.* *pro pictura.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [15] - 11

pro vili re. & eleganter quidem *pro levi abjectaqve re*, quæ parvi pretii est, & meritò ludibrio haberi potest, usurpatum legitur. Hoc sensu Terentio venit *Evnuch. act. 2. scen. 3. vers. 7.*

Hic vero est, qui si amare occeperit, ludum jocumque
Dices fuisse alterum, prout rabies hujus qvæ dabit.

i. e. levis & jocularis illius videbitur amor, si ad hujus furorem comparetur. Pari modo Lucilius accipit apud Gellium *Noct. Attic. Lib. 16. c. 9.* ubi dicit:

Verum hæc ludus ibi, susqve omnia deqve fuerunt,
Susqve & deqve fuere, inqvam, omnia ludus jocusqve.

Vid. plur. Petr. Victor. *Lib. 7. Variar. Lect. c. 19.* Sic Plautus expositurus, aliqvem illudi, & factis verbisqve jocularibus exagitari, dicit: illum *ludum jocumqve haberi.* Plura exempla refert Gasp. Schopp. *in Not. ad Phædr. Fabul. Libr. 1. Fab. 28.* qvæ notæ additæ sunt Cunr. Rittershus. *Annot. ad Fab. eas d.*

XV. Præter hæc alia significatio nostro fere primum inventa fuit seculo, atqve in usum deducta, qvæ tamen me-
Pro astutia. rito improbatur Hug. Grot. *de I. B. & P. L. 3. c. 1. §. 17. n. 4.* ubi scilicet, qvando aliqvem *astutiâ quadam* decepimus, joca vocamus ea, qvæ vultu ac pronunciatione maximè seria protulimus: Cujus exemplum refert Zwinger. *in Theat. Vit. human.*
Pro eo, qvod animi gratia fit. *vol. 15. libr. 1. pag. m. 2949.* Nobis communiori significatu denotat *omne id, qvod delectandi ergo argutè ab aliqvo profertur aut geritur.* Qvorsum pertinet illud Terentii *Heavtont. act. 3. scen. 2. vers. 30.* Jocone an serio hæc dicat, nescio. Et Mureti *Libr. 7. Variar. Lect. c. 2.* In conviviis liberalius & hilarius fere loqvi homines solent, neqve qvisqvam *ita severus* est, qvi non inter vinum & epulas tum *jocetur* interdum ipse, tum libenter jocantes alios audiat. Vid. Joh. Conrad. Durr. *in Instit. Ethic. p. 3. sect. 3. cap. 10. §. 2.*

Synonyma Joci XVI. Hoc modo accepta voce Jocus *Medicina animi* dicitur Aristot. *L. 8. Polit. c. 3.* Sicuti enim somno & qviete, sic joco uti licet, quando gravioribus & severioribus rebus satisfecimus, ut est apud *Cicer. L. 1. Offic.* Veteres *Mercurii salem* dicebant jocum, forsan qvia promptissimi sunt ingenii ne-

cessum

ceſſum eſt, celeresqve animi motus habeant, qvi ſcitè jocari volunt. Hinc apud optimos paſſim Authores joci ſimpliciter *Sales* dicuntur: Vel qvia ſicut ſine ſale non poteſt commodè vita humana tranſigi, ſic nec ſine urbanis jocis vita civilis, juxta Plin. *Libr. 31. cap. 7.* Vel etiam, qvia ſalis inſtar acres oportet eſſe jocos, ut audientibus arrideant. *Ludum* à joco diſtingvit Valla *Libr. 4. Elegant. c. 16.* qvod jocus in verbis, ludus in factis non ſeriis conſiſtat. Leonh. Leſſius *de Juſt. & Jur. L. 4. cap. 4. dub. 13.* Verum cum etiam promiſcuè apud eundem Vallam *d. tr. de Elegant.* hinc indè reperiantur uſurpata hæc vocabula, latius utrumqve acceptum pro ſynonymis admittimus, Petr. Greg. Tholoſ. *Syntagm. Jur. Univerſ. L. 39. c. 1. §. 1.* eodemqve loco reputamus *facetias*, *argutias*, *delicias ſermonis*, hujusqve generis alia vocabula, qvæ germanico idiomate dicere ſolemus, Scherz oder Poſſen / qvamvis hoc ultimum aſperis ut plurimum, & illiberalioribus jocis ſoleat applicari.

Ludus à joco diſtingvatur?

XVII. Deſcendit à verbo Jocus *Jocularis*, quod adjectivè uſurpatum denotat omne id, qvod joco vel riſui inſervit / was ſchimpfflich oder zum Scherz dienet; Hinc Cicero, *jocu-lare*, inqvit, *eſt iſtud qvidem & à multis ſæpe deriſum.* Sic dantur: *Qvid hoc joculares caſus* apud Ciceron. *de fato*, qui non tam affligunt, *adjectivè ſignificet?* qvam jocum ludumqve nos faciunt. Eodem modo apud Terent. *Andr. act. 4. ſc. 5. v. 43. jocularium malum* legitur, qvod non adeo grave. Nam & illud, qvod leve & contemnendum eſt, dicitur joculare; Unde etiam Phædrus leve cum jocularibus conjungit:

Jocularia

Joculare *tibi videretur, & ſane leve*
Dum nihil habeamus magis, calamo ludimus.

Et collimat huc Petr. Caſtaltius *in Adverſar. p. 40. in fin.* ubi *Jus Civile* appellat *joculare.* Qvoniam enim, inqvit, qvivis qvalibet occaſione irrepente ſibi ſemper eligit genus ſentiendi ſingulare, pernicioſiſſimum qviddam inducit in hanc ſcientiam, confuſionem ſcilicet, & varietatem, ut jam prope joculare jus habeamus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [17] - 13

Qvid, si substantivè usurpetur?

XVIII. Substantivè *Jocularis* usurpatur pro eo, qvi joculatur, id est, jocando demulcet & devincit sibi animos hominum. Pro qvo seqvior ætas usa est voce *Jociſta, qvi verbum jocatur*, uti legitur in Glossar. apud *Isidorum*, vel *qvi verum jocatur*, uti legit Barth. *d. L. 12. Adverſ. cap. 29. pr.* h. e. qvi imitatione ridicula verum æmulatur: vel *qvi versum jocatur*: Nam apud Reges Gothicos & aliarum Gentium, Romanis dilaceratis, rythmi vicem carminum subibant & summo in pretio erant. Hinc adeo pertinax fuit Rythmicorum istorum *Jociſtarum* natio, ut hodie etiam in nullis non Magnatum aulis reperiantur, qui versiculis rythmicis, lingva vulgari pronunciandis, ad miraculum usqve expediti sint. Qvorum ea gratia est, ut seriis interludere fere soli audeant, cum graves viri procul esse cogantur. Barth. *l. 3. Adverſ. cap. 4. in med.*

Jociſta *qvis?*

Qvis Joculator?

XIX. Adfine huic est verbum *Joculator*, qvi aliàs in *L. 7. §. 5. ff. de. Oper. Libert.* vocatur Voluptatis artifex ein Freudenmacher. Sed hoc in Jure Canonico *c. Clerici 1. de vit. & honeſt. cleric. in 6to.* non adeo optimo venit significatu: Significat enim *eum, qui jocando ſibi victum qværit*, einen Gaucklet/qvo sensu fere adhuc in aulis Principum usu venire solet, ubi joculatores nominari sveverunt die kurtzweiligen Räthe. Martin. Nauraht. *addit ad.* Hyppol. à Collibus *Princip. cap. 27. lit. A. pag. 427.* qvales an tolerandi? Vid. Zeiler. *cent. 4. Epiſt. 66. pag. 348.* Jac. Masen. *in Font. Argutiar. L. 1. Cap. 8.* Hoc certum est, nullam illis deberi mercedem, nisi in stipulatum deducta fuerit, sed sufficere illos frui mensa, conversatione, poculis & vestitu Dominorum. *Reform. polit. de Anno 1548. §.* von Schalcks-Narren *28.* cum nulla sit voluptatis æstimatio. Zasius *L. 1. singul. c. 3. n. 44.* quod tamen, uti modò dixi, longe aliter usu servatur, cum eò hodie perventum sit, ut melioris fere conditionis sint stulti, quàm prudentes, contra *L. 4. ff. quod Vi aut clam. c. eum qvi 18. de præbend. in 6to.*

An illis debeatur merces?

A joco derivantur quoq; Jocalia.

XX. Pari modo joco denominationem suam debent *Jocalia*, ita ab Italis Interpretibus dicta, qvia qvasi ludicra, festiva & hilaria sunt munera, ut recte putat Scipio Gentil.

de

de Donat. int. Vir. & Uxor. L. 2. c. 25. pr. qvi ſenſus etiam genuinus, ac proprius videtur Alber. Gentil. *Tr. de Actor. Fab. non notand. c. 4.* Vel enim in actu acquiſitionis plerumque ſolet jocus intervenire ; Vel etiam ille, qvi mulieri ejusmodi ornamenta offert ipſe, aut offerri ab alio curat, non ſine hilaritate qvadam hoc facere, aut eam in perſona recipientis ſive mulieris exſpectare ſolet, eamque ſibi perſvadere Dn. Muller. in *diſp. de Jocal. cap. 1. §. 1.* ubi in *ſeqq.* qvid nomine Jocalium derer Weibergeſchmück veniat, pluribus exponit. Add. Henr. Neuenhahn *de Jur. & privileg. Viduit. Sect. 3. §. 3. lit. B. pag. 87.*

XXI. Miſſa nunc explicatione nominali realem aggredimur, ubi inprimis, qvid JOCUS ſit, notandum ; *Eſt* autem *actus Urbanitatis qvo ingenioſa mentis declaratione animi gratia ſe invicem excipiunt converſantes.* *Quid ſit* Jocus?

XXII, *Actum Urbanitatis*, diximus Jocum, qvia urbanitas potiſſimum circa jocos occupatur, qvatenus inde animi qvædam petenda eſt medicina & relaxatio ad res ſerias obeundas, curasqve & cogitationes moleſtiores pellendas. Wendel. *Philoſ. Moral. L. 1. c. 19. th. 9. §. 1.* qvatenusqve jocos ita moderatur, ne vel turpes ſint & futiles, vel lædant famam alterius. Joh. Schickfuſ. *diſp. 11. ad Ethic. th. 16.* Wendel. *d. l. §. 3.* Noluimus vero urbanitatem dicere, qvia urbanitas ſe qvoqve ultra jocos extendit & circa alia verſatur, qvod videre licet apud Ethicos, uti Durrium *in Ethic. Pragmat. c. 10. aphor. 1.* Liebenthal. *Colleg. Ethic. Exerc. 12. §. 13. & 14.* aliosque. *Cur actus dicatur Urbanitatis?*

XXIII. Dividuntur joci generaliter in *liberales*, verecundos ſive modeſtos, & *illiberales*, obſcœnos ſive ſcurriles. Duplex enim, inqvit Cicero *Libr. 1. Offic.* eſt omnino jocandi genus, unum illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum ; alterum elegans, urbanum, ingenioſum, facetum : Illos modo definivimus ; Hos tanquam urbanitati contrarios rejicimus. *Sunt alii liberales alii illiberales.*

XXIV. *Liberales* iterum conſiſtunt vel in *rebus* vel in *verbis* ; In verbis qvi conſiſtunt fiunt vel tropicis, ſive figuratis *Quotuplices ſint liberales?*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [19] - 15

ratis. e. g. metaphora, paronomasia &c. vel ambiguis sive ænigmaticis v. g. Rätzeln / Gedichten / qvalia exhibentur ab Heidfeld. *in Sphinge Philos.* Qvi in rebus consistunt, solarum rerum principaliter habent curam. Wendelin. *Philos. Moral. d. l. §. 16. & seqq.* Ad qvam classem referri potest ille Ciceronis jocus de Consulatu Vatinii, qvi per unum tantum diem consulatum gesserat: *Vatinii anno magnum fuisse ostentum, cum eo Consule nec bruma, nec ver, nec æstas, nec autumnus fuerit.*

Causa jocorum efficiens.

XXV. *Causam* jocorum *efficientem* constituimus ingenium hominum: Unde qvem natura ad jocos non finxit, caveat sibi, ne jocos fingat ex tempore, sed ab aliis ante usitatos opportune adhibeat, vel iis plane abstineat. Plutarch. L. 2. *Sympos. qvæst. 1.* Joci enim per vim accersiti, ut inqvit Jac. Masen. *d. Tr. L. 1. cap. 3.* non honestæ tantum voluptatis gustu destituuntur, sed molesto qvodam fastidio excipiuntur, dum concitata exspectatio fallitur & qvi saltum promittit hinnuli, vix pulicis assequitur.

Materiæ jocorum.

XXVI. *Materiam* suppeditant vel sermones, seu confabulationes vel res, seu negotia oblata. Non raro ex nominibus ansa jocandi sumitur. Qvintil. *L. 5. Instit. Orat. c. 10.* Bonifacius *de furt. §. 2. n. 129.* & cum nugæ ad seria ducant, tanqvam jocandum sit, ut seria agas, prout effatum est Anacharsidis apud Erasmum *Chiliad. 4. cent. 8. adag. 39.* etiam in minimis, dummodo jucunda sint, & habeant aliqvid gratiæ, cum leguntur, non reprobandi veniunt. Gvilielm. Anton. de Freundberg *de rescript. morator. concl. 4. n. 17.*

Forma jocandi in quo consistat.

XXVII. *Forma* consistit in eo, ut in jocando ratio habeatur rerum, quantitatis, qvalitatis, personarum, temporis & loci; Unum horum si deficiat minus decorum erit, jocos adhibere, forsan & periculosum. Vid. Liebenthal. *d. Exerc. 12. §. 19. seqq.*

Non jocandum cum ebrio.

Unde est, qvod minus provide & prudenter feceris, si cum ebriis miscueris jocos. Jocos enim fere semper cum παῤῥησία quadam sive loqvacitate conjunctos esse constat, qva qvam facillimè irritari possunt ebrii, qvoniam in iis nulla ratio, nec

ullum

ullum vitæ gerendæ rectum consilium, *c. A crapula 14. X. de Vit. & honest. Cler.* Gail. L. 2. *Obs. 110. n. 24.* & frustra eris, si judicium in eo speres, quod joci requirunt, cui mens velut medicamine quodam loco mota est Dn. Pufendorff. *de Iure N.t. & Gent.* L. *3. c. 6.* §. *4. & Elem. Iurispr.* L. *1. def. 12.* §. *18.* Macrob. L. *7. Saturnal. c. 3.* Nec tutum satis erit cum superiore jocari; Caute enim agat necessum est, semper memor illius Germanici: Mit groſſen Herren iſt nicht gut Kirſchen eſſen. Dn. Muller *disp. de Calor. Iuvenil. sect. 2,* §. *5.* Et memorabile est hanc in rem exemplum Petri Dami, Comitis Serinensis, Uladislao Polonorum Regi admodum familiaris, quod refert Cramerus *Lib. 6. Histor.* cui jocus aliquantulum liberior oculorum ademit usum. Conf. Jac. Masen. *d. tr. de Font. Argutiar.* L. *1. C. 4.* Zwinger. *in Theatr. Vit. Human. Vol. 15. Libr. 1. tot.* *Nec cum Superiore.*

XXVIII. *Finis* potissimus est, ut fiat animi gratia, seu recreandi ergo. Sub qua tamen recreatione non rarò utilitas promovetur illorum, qui jocis petuntur. Vid. Georg. Christoph. Walther. *in Postill. Theol. Iurid. Polit. Philolog. part. 2. Domin. 17. Trinit.* §. *239.* Perspiciendum igitur semper est, ne eos, quibuscum conversaris, offendas sed recrees, & exhilares, omnesque actiones ad honestam componas recreationem, nec proprii commodi aut quæstus gratia, quod in Parasitis reprehenditur, risum aliis commovere studeas, aut obscœna cum aliorum offendiculo tractes. Conf. Christ. Liebenthal. *Colleg. Ethic. Exerc. 12. n. 16. seqq.* Nam si jocos exigis, monente Seneca *de honest. conversat.* hoc quoque cum dignitate sapientiæ gere, ut nec te gravent, tanquam asperum, nec contemnant tanquam vilem. Non erit tibi scurrilitas, sed grata urbanitas. Sales tui sine dente sint, joci sine vilitate, risus sine cachinno, vox sine clamore. Quem finem ut eo citius attingerent Spartani, ad convivia pueros adducebant, tanquam ad ludum, ut ibi adsvescerent ludere & jocari citra scurrilitatem, jocisque petiti non ægre ferre. Plutarch. *in Vit. Lycurgi p. m. 83.* *Finis jocorum.*

XXIX. Ex quo abundè constat, nullam producere jocos obligationem, per L. *3.* §. *ult. ff. de O. & A.* L. *Dolo 3. ff. de qvis obligetur?* Negat. *An ex joco Serv.*

Serv. corrupt. ibique *Gloss.* Facit *L. 1. C. ad* L. *Cornel. de Sicar.* L. *3. §. 3. ff. de Injur.* Add. Hellig. *ad Donell. Lib. 12. Cap. 7. lit. f.* Deficit enim consensus illius, qui joco quid promisit, utpote qui non vult id, quod dicit, sed sentit aliud. Hering. *de Fide-juss. cap. 20. §. 33. n. 11.* Mangil. *de Evict. Qv. 93. n. 11.* Deficiente verò consensu, qui anima contractuum dicitur Cothman. *Resp. 18. n. 38.* Curt. Jun. *Cons. 53. n. 7. part. 7.* deficit quoque obligatio L. *1. §. 3. ff. de Pactis.* L. *55. ff. de O. & A.* Quapropter rectè Ulpianus *in* L. *Sciendum 19. §. 3. ff. de Ædil. Edict.* Ea, *inquit*, sola dicta sive promissa admittenda sunt, quæcunque sic dicuntur, ut præstentur, non ut jactentur. Et cum obligatio promissionis ex Lege positiva proveniat, quam quis sibi imponit; nulla verò Lex obliget, nisi Legislator, ut obliget, velit, in aprico est, promissionem jocosam, non parere obligationem aliquam, quia voluntas semet obligandi in hac promissione deficit. Vid. Paul. Layman. *in Theolog. Moral.* L. 5. *tr. 10. p. 1. c. 2. n. 10.* Anton. Diana. *Resol. Moral. tom. 2. tr. 6. resol. 7.*

Quid de Jure naturali & foro Conscientiæ?

XXX. Quod non solum de jure civili verum, sed quoque jure naturali: Nam obligationis etiam naturalis principium, origo & causa est voluntas & consensus L. *1. §. 3. ff. de pact.* L. *95. §. 4. ff. de Solut.* Quinimo in foro quoque conscientiæ idipsum probandum. Fidem enim quam non dedisti, non erit grave fallere. arg. L. *1. ff. pr.* & L. *25. ff. de Constit. pecun.* Modo tamen dolus absit ab ejusmodi jocosè facta promissione, L. *3. ff. de Serv. corrupt.* & L. *1. C. ad* L. *Cornel. de Sicar.* Nam qui animi sui sententiam non vere, prout est, sed *subdole* explicat, faciendo alteri spem de se obligando, reverà autem & interiori cogitatione de eodem verbis inanibus implendo ac eludendo consilium reperit, omnino tenetur. Conf. Henning. *ad Grot. de I. B. & P.* L. *2. Cap. 11. §. 2.* Indignum enim ludibrio haberi aliquem eapropter, quod alterum cordatum ac bonum crediderit Virum Dn. Pufendorff. *de I. N. & G.* L. *3. Cap. 4. §. 2.* Neque naturali æquitati consentaneum, ut dolus cuiquam patrocinetur L. *fin.* C. *de Reb. Cred.* L. *2.* C. *qui milit.*

milit. poss. Quamvis itaque non raro ex promissione jocosa quid præstari videamus à promittente, hoc tamen non vi promissionis, quà talis, quippe quæ deficiente animo se obligandi nulla est & invalida. Dn. Albert. *Compend. Iur. Natur. P. 2. c. 6.* §. 12. Sed ratione damni ex tali promissione alteri, cui quid promissum, dolose illati, fieri, certum est. Anton. Dian. *d. l.* Molin. *de Iust. & Iur. Tom. 2. tr. 2. disp. 352. n. 4.*

XXXI. Utrum idem obtineat, si juramentum ejusmodi jocosæ promissioni accesserit, dubium. Sunt qui, ne sic quidem, obligationem nasci statuunt, uti Fagundez *in Decalog.* L. 2. *c. 9. n. 9.* Azor. *Instit. Moral.* L. *11. c. 4.* propterea, quod juramentum non obliget, nisi ex voluntate jurantis, & DEus illud non acceptet, nisi secundum proferentis intentionem *c. Humanæ aures 11. cap. XXII. qv. 5.* Verum cum *d. c. humanæ aures* longe aliter quàm de doloso juramento intelligendus sit, Vid. Soto *de Just. & Jur. L. 8. qv. 1. act. 7. n. 4.* & ut juramentum solenniter præstitum vim obligandi habeat, non à voluntate jurantis dependeat, sed ex dispositione juris divini & humani, ipsiusque juramenti indole. Dn. Stryk. *tr. de Jure Sens. disp. 10. c. 3. n. 51.* huic sententiæ subscribere non possumus. Parum enim abesset, ut omnis juramentorum usus, imò omnis ratio intervenientibus signis se obligandi è vita humana exstirparetur, si qvis tacita sua intentione impedire posset, ne effectus ille actum aliquem sequeretur, cui producendo idem est institutus. Conf. Grot. *de Jure B. & P. L. 2. c. 13. §. 3. & c. 14. §. 3.* Unde omnino juramento tuo obligaberis, quicquid demum, quando jurabas, cogitaveris, siquidem Deus, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicuti ille, cui juratum est. *c. quacunque 9. XXII. qv. 5.* Ille autem, cui juratum est, verba tua accipit, tanquam juramentum exprimentia, & tu non tantum DEum adhibuisti dictis tuis testem, ut proinde vera ea tenearis facere. Grot. *d. c. 13. §. 3.* sed & quando eadem proferebas, seriò rem à te agi, non autem jocandi institutum ostentabas. Dn. Ziegler. *annot. ad Grot. d. l.* Dn. Pufendorff. *de I. N. & G. L. 4. c. 2. §. 5.* Frantzkius *L. 2. resol. 2.*

Quid si jocosæ promissioni accesserit juramentum?

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [23] - 19

Leſſius *de Iuſt. & Iur.* L. 2. c. 42. *dub.* 8. *d.* 38. Didac. Covarruv. *ad c. quamvis de Pact. in 6to p.* 1. §. 5. *n.* 3. Anton. Diana *Reſol. Moral. tom.* 2. *tr.* 6. *reſol.* 8.

Ad Cognata joci referuntur.

XXXIII. Inter *Cognata* joci recenſemus I. PARABOLAS, quæ cum utilitate non minori ſe commendent, quàm jucunditate admitti omnino poſſunt. Dn. Oſiander. *ad Grot. de I. B. & P.* L. 2. c. 24. §. 4. *Obſ.* 1. easque à Servatore ipſo haud rarò eſſe adhibitas Evangeliorum libri ſatis ſuperque docent. A quibus hoc ſignificatu POETARUM FIGMENTA ſpeciem non adeo conſtituunt diverſam, utpote quæ è mendaciorum claſſe eximi debere, cenſet Plutarch. *de audiend. Poët.* Ut enim mendaciorum nomine veniant, tantum abeſt, ut potius prudentiæ laudem mereantur, cum iis commodum quandoque alicui afferatur, quod aperta atque ſeria oratione obtineri non poterat. Dn. Pufendorff. *de I. N. & L.* 4. *c.* 1. §. 16. Et ejusmodi fabulis *infantum inprovidam ætatem ludificari licere, non tantum autor* eſt Lucret. *Libr.* 1. ſed & perſpicuum illud ſatis eſt, non quidem ex ratione illa, quam affert Grot. *de I. B. & P.* L. 3. *c.* 1. §. 12. quod cum illis non ſit judicii libertas, non poſſit iis circa illam libertatem injuria fieri, quia eôdem cum adultioribus fruuntur jure. Dn. Pufendorff. *d. c.* 1. §. 15. ſed quod non proveniant ex dolo. Dn. Ziegler. *ad Grot. d. l. p.* 524. & quod ratione magis ſeria doceri non poſſint, cum ob rationis imbecillitatem & affectuum impetum nudam ferè aſpernentur veritatem, ideoque per fabulas doceri, aut fictis terriculamentis ceërceri eos expediat, donec citra inania rerum ſoliditatem capere & æſtimare norint. Dn. Pufendorff. *d.* §. 15.

1. Parabolæ. *Quid de Poëtarum figmentis habendum?*

2. Mendacium jocoſum.

XXXIII. Referimus huc II. MENDACIUM JOCOSUM, utpote quod adeo cum joco coincidit, ut ferè non differat; Pari enim modo delectandi, jocandi, non fallendi aut nocendi gratia in familiari adhibetur converſatione. Liebenthal. *Colleg. Ethic. Exerc.* 12. *quæſt.* 5. Et ſicuti joci per ſe & quà tales neminem lædunt. Excell. Dn. Becman. *Lin. Doctr. Moral. c.* 13. §. 5. ita & proferens mendacium jocoſum, præſuppo-

ſupponit diſcrepantiam hanc verborum à ſenſu animi haud-quaquam fore moleſtam Dn. Pufendorff. *Elem. Iurispr.* L. 2. *obſ.* 4. §. 35. Unde non jure tantum civili permiſſum, nec ullam meretur pœnam, Gomez. ad §. *in perſonam* 8. *I. de Action.* Baldus *ad* L. *fin. ff. quod cum falſ. tutor.* cum mendacium, quod alteri non nocet, cenſeatur nugatorium L. 46. §. *ult. ff. de Eviction.* pœnaque mendacii nulla ſit, ubi nullum damnum L. 23. *C. ad* L. *Corn. de falſ.* Cravetta *Conſ.* 366. *n.* 36. Natta. *Vol.* 3. *Conſ.* 588. *n.* 9. & 13. ſed etiam jure naturali approbatum eſt, quatenus ſcilicet medium eſt juvandi proximum ſine detrimento tertii. Dn. Alberti *Compend. Iur. Natur. p.* 2. *c.* 6. §. 21. Add. Henr. Uffelmann. *in Tr. de Iur. quo homo homini in Sermon. obligat. Cap.* 9. §. 8. & *ſeqq.* *An illud permiſſum?*

XXXIV. Ex quo apparet, illud de mendacii natura amplius nihil, niſi nomen participare. Ut enim mendacium aliquid dicatur, requiritur, ut quis dolo malo & deſtinata ex malitia alteri diverſa ab animi ſui ſententia proferat, eo fine, ut iſti præter meritum noceat, aut vana ſpe eidem illudat. Durr. *Inſt. Ethic. p.* 3. *ſect.* 2. *c.* 9. §. 18. Dn. Pufendorff. *de I. N. & G.* L. 4. *c.* 1. §. 8. Vid. plur. Dn. Brunnem. *ad* L. 11. *ff. de interrog. in Iur. faciend. n.* 10. *ſeqq.* Ob quam cauſam doli ſpecies dicitur mendacium in L. 14. *ff. de dol. mal.* & dolus ſemper in mendacio præſumitur. Dn. Brunnem. ad L. *fin.* C. *ſi qvis aliq. teſtar. prohib. n.* 2. & *ad* L. *fin. ff. Eod. n.* 8. Carpz. *Iurispr. Eccleſ. l.* 2. *def.* 322. *n.* 6. & *p.* 3. *Conſt.* 5. *d.* 8. *n.* 5. Hartman. Piſtor. *p.* 1. *qvæſt.* 29. *n.* 4. Panſchman. L. 2. *qv.* 21. *n.* 59. Quorum nihil de mendacio jocoſo dici poteſt. Neque *obſtat*, quod tamen interdum etiam mendacium jocoſum proferentes afficiantur pœna: Hoc enim eo demum contingit caſu, ſi per culpam & dolum ejusmodi mendacio jocoſo damnum datum ſit, de quo dixi *th.* 30. *h. Cap.* ubi actio Legis Aquiliæ utilis vel in factum locum habet. L. *fin. ff. quod cum falſ. tutor.* L. 7. §. *fin. ff. de dol. mal.* Dn. Brunnem. *ad d.* L. 11. *ff. d. interrog. in Iur. fac. n.* 19. *Impropriè & abuſivè dicitur mendacium.*

XXXV. Idem quoad Jus Canon. dicendum. Quam- *An de Jure*

Canon. hoc sit permissum?

vis enim in *C. juramenti 12. c. XXII. qv. 5.* inter juramentum & sermonem nostrum nullam debere esse differentiam innuatur ; Ex quo ne mendacium quidem jocosum licere concludunt. Covarruv. *L. 1. Variar. Resol. c. 2. n. 1.* Guttierez *L. 1. pract. quæst. 60. n. 4.* Nihilominus tamen quia mendacia à mendacibus seriò aguntur, non joco,& ea quæ joco dicuntur, non deputantur mendacia , uti dicitur in *c. quod autem 18. c. XXII. qv. 2.* nihil obstabit *d. c. 12.* cum ex prius dictis constet, mendacium jocosum non mereri mendacium dici. Add. Dn. Uffelman. *d. Cap. 9. §. 9.* Aug. Barbosa *in Thesaur. Locupl. Lib. 9. Cap. 83. Ax. 1.*

3. Choreæ.

XXXVI. Pertinent huc quoque III. CHOREÆ , quæ portio quædam civilis conversationis ac recreationis sunt. Carpz. *Jurispr. Eccles. L. 2. def. 157. n. 8.* & inter res adiaphoras in Scripturis Sacris nec prohibitas nec præceptas, referuntur. Imo potius laudantur, uti videre est ex exemplo Davidis, *2. Sam. 6. v. 14.* & mulierum Israëliticarum *1. Sam. 18. v. 6.* Exemplum earum adhuc hodie reperiri Norimbergæ , testatur Joh. Jac. Speidel. *Specul. Notabil. voce* Hof/ubi einen Jungfrauen Hof halten vocant *congregationem festivam virginum & juvenum* , choreas & ludos alios honestæ recreationis exercentium. Quod reliqua cognata attinet, JACTANTIAM videlicet, VERBA HONORIS, COMPLIMENTORUM assiduitatem, utpote negotiis seriis, quam maximè contrariantem. Dn. Becman. *Lin. Doctr. Mor. c. 17. §. 3.* OSCULA, IRONIAS,&c. quoniam de iis in subsequentibus fusior ac uberior se offeret dicendi occasio, eò B. L. remittimus.

Plura Cognata remissivè.

Contraria joci.

XXXVII. Ad *Contraria* referimus *excessum* & *defectum* in jocis. *In excessu* notandi veniunt Scurræ , gestientes colligere ridicula undique, magisque id spectantes, ut risum faciant, quàm ut venusta & faceta dicta sint, & non lædant, neque offendant, eos in quos cavillantes dicta dicunt. Quorum varias, pro diversis studiis & jocandi rationibus, species ex Pontano *L. 3. de Sermone c. 13.* annotavit Durr. *Ethic. Paradigm. p. 3. sect. 2. c. 10. aphor. 2. §. 1.* Ad quos referendum exem-

In Excessu.

exemplum illud, quod de Scurrilitate Tirynthiorum habet Masen. *L. 1. cap. 3. famil. arg ut.* In *defectu* qui peccant, rusticitatis & morositatis contrahunt nomen, quos Catullus vocat *plenos ruris & inficetiarum*, qui ab omni festivitate sermonum ita abhorrent, ut nec ipsi jocos proferre, nec aliorum jocos perferre, valeant. Unde in congressibus familiaribus ipsos aliorum jocis confestim succensos, in calumnias levi opera prorumpere videas, rixas movere, ac omnia instar Davi illius Terentiani turbare. Liebenthal. *Colleg. Ethic. Exerc. 12. §. 23.* *In Defectu.*

CAPUT II.
De JOCO CIRCA SPONSALIA.

I.

PErlustratis iis quæ in Genere de *Joco* præmittenda videbantur, progrediendum nunc ad specialiorem ejus *sponsalia*, considerationem, methodo ea, quæ ipsi Sacratissimo Imperatori *in §. fin. I. de I. N. G. & C.* placuisse reperitur. Ubi primo jus personarum considerantes, non omne in medium vocabimus, sed illud duntaxat, quod principaliorem ejus absolvit partem, jus scilicet, quod est circa sponsalia: His enim infaustè contractis, nihil fere frequentius est, quam joci obtendere speciem, & verborum liberalitati alteriusque credulitati imputare, ad quod non nisi maturo satis & deliberato consilio erat properandum. *Transitus ad sponsalia.*

II. Contrahuntur autem Sponsalia hodie nudo contrahentium consensu L. *sufficit 4. pr.* & L. *11. ff. de Sponsal.* remissa stipulationis solennitate, quæ olim erat necessaria. L. *2. ff. Eod.* & de qua Florentinus JCtus in L. *1. ff. Eod.* Vid. Hahn. *ad Wesenbec. tit. Eod. n. 2.* Carpz. *p. 2. c. 19. def. 17.* Dn. Ziegler. *ad Instit. Iur. Canon.* L. *2. tit. 10. §. 4.* Quocunque igitur medio *Requiritur ad sponsalia consensus contrahentium.* *Qui declara-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [27] - 23

patur per verba. dio conſenſus hic ſufficienter declaratur, illo quoque ſponſalia legitimè contrahuntur *c. 23. x. de ſponſal.* Unde non verba ſolum ſufficiunt, quod velle videtur Paul. Cypræus *de Iure Connub. p. 1. cap. 4. §. 24. n. 3.* verum etiam alia ſigna & facta ad conſenſum conjugalem exprimendum idonea. Maſcard. *de Probat. concl. 1024. n. 2.* Mozius *de Contract. tit. de Subſt. ant. Sponſal. n. 4.* Ekholt. *ad ff. tit. de Sponſal. §. 5.* Ejusmodi enim facta æquipollent verbis. Franc. Hotoman. *Conſ. 39. n. 18.* magisque per illa voluntas demonſtratur, quam per verba L. *ſi tamen 48. §. 2. ff. de Ædil. Edict.* Quinimo abſentiam quoque ſignorum, ſive ſilentium cum certis circumſtantiis conſideratum, loco ſigni conſenſum exprimentis valere, haud abſurde exiſtimat Dn. Pufendorff. *de I. N. & G. L. 3. c. 6. §. 2.* ubi tamen neceſſum eſt, præſentem rerum conditionem ita eſſe comparatam, ut ex omni parte ad præſumendum conſenſum velut conſpiret, nec ulla concurrat probabilis conjectura, quæ in diverſum ducat.

Aliaque ſigna.

Verba requiruntur clara. III. Verba quod concernit, clara illa & perſpicua eſſe oportet. Cypræus *d. p. 1. c. 3. §. 1. n. 3.* non obſcura aut flexiloqua Dn. Stryk. *ad B. Brunneman. Ius Eccleſiaſt.* L. 2. *c. 16. §. 3.* Carpz. *p. 4. c. 20. def. 9. n. 5. & in Iurispr. Eccleſiaſt. l. 2. def. 19.* Obſcure ſiquidem & nihil reſpondere paria in Jure noſtro habèntur L. *11. §. 7. ff. de Interrog. in Iur. fac. & arg.* L. *6. ff. Qui ſatisd. cog.* Cardin. Tuſch. *Pract. Concluſ. tom. 5. Lit. O. concl. 53.* Gail. *1. Obſerv. 82. n. 5.* Quod etiam de verbis ambiguis & per jocum prolatis verum eſt. Carpz. *Iurispr. Eccleſ.* L. 2. *def. 42.* Erneſt. Cothman. *Reſp. 86. n. 7.* cum ex talibus verbis minime conſenſus colligi poſſit. Gothof. *ad* L. *16. C. de Pact.* Franc. Hotomann. *Conſ. 8. pag. 134.* Sed potius diſſenſus, Carpzov. *d. l. def. 19.*

non jocoſa.

An ſi quis virginem corculum ſuum appellaſſet, inde con- IV. Patet hinc, quod blanda illa verba, quando quis virginem *corculum ſuum*, *animulam*, ſein Hertzchen / ſein Schätzchen / ſein Kind vocat, & quibusvis ſuaviſſimis aliis titulis non dicam ornat, ſed onerat, parum, imo nihil concludant. Vid. Magnif. Dn. Rhetius, *in diſp. de Virginib. ſub ipſius Præſid. habit. cap. 5. §. 3.* Vocalis etenim conſenſus, absque mentali

nullus

nullus est, & jocosa ac animi causa prolata verba efficaciam concludantur
non habent. Carpz. *Jurispr. Eccles. L. 2. def. 19.* Parlador. *L. 2. sponsalia?*
Rer. Quotidian. c. 3. n. 45. Dn. D. Stryk. *in disp. de Jure blan-*
dit. c. 2. n. 48. Neque aliter dicendum, si in scriptis hoc factum
& quis in epistola virginem quandam, *sponsam suam* seine Liebe *An si spon-*
ste appellasset; Qvamvis enim & per epistolam recte constitu- *sam?*
antur sponsalia *L. fin. ff. de Sponsal.* Zasius *L. 1. Cons. 3. n. 5. &*
6. ac epistola fidem faciat contra illum, qui eandem scripsit, L.
26. §. fin. ff. Depos. Ddres *in L. Admonendi 31. ff. de Jurejur.*
Mascard. *de Probat. Vol. 2. Concl. 627. n. 1.* Umm. *ad Proces.*
disp. 17. th. 5. n. 24. Illud tamen tunc demum obtinet, si de ani-
mo contrahendi constet, cum multa cœteroquin titulotenus
dicantur, quæ tamen re ipsa aliter se habent; Quorsum spectat
illud Martial. *Libr. 5. Epigram.*

Cum voco te Dominum, noli tibi Cinna placere,
Sæpe etiam Servum sic resaluto meum.

Neque convenit, ut literæ plus præstent absentibus, quam ser-
mo præsentibus, *arg. L. Non epistolis 13. C. de Probat.* Have-
man. *Gamolog. Synopt. L. 1. tit. 7. pos. 3. §. 4.* Carpzov. *p. 4. c.*
20. d. 9. n. 3.

V. Pariter hinc constat, quid de illo casu sentiendum, *Quid si viu-*
ubi Juvenis quidam virginem vitrum manu tenentem ita in- *go vitrum*
ter pocula allocutus erat: *Cede mihi vitrum ut illud ebibam: tradiderit*
Nam advesperascit & mihi domum properandum est. Virgo ve- *his verbis:*
rò tradiderat vitrum his verbis: *Si vitrum acceperis una cum* si vitrum ac-
vino, & me quoque habeas oportet: quem casum refert Cy- ceperis, &
præus *d. P. 1. c. 4. §. 16. n. 5.* Virgini enim hæc verba joco me habeas
excidisse satis manifestum est, cum ita ludere in symposiis oportet?
admodum frequens sit, ut proinde ex nudis his verbis, ad
sponsalia contracta argumentari velle, satis iniqvum foret.
Quod multo magis verum est, si hospites egregie inter se pran-
si fuerint potique, cum ebrius ea, quæ per ebrietatem commi-
sit, ignorare dicatur *Can. 7. Caus. 15. qv. 1.* & sic non possit di-
ei consensisse *L. Nec ignorans 10. C. de Donat.* Hostiens. *in*
Summ. tit. de Sponsal.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [29] - 25

Quid si quis virginem ita allocutus: Propino tibi Sponsa mea?

VI. Idem verum est in eo actu, qui de Scypho argenteo, vini pleno, allegatur, quem juvenis Virgini cuidam his verbis: Es gilt Braut/*i. e. propino tibi sponsa mea*, porrexerat. Praeterquam enim, quod per sponsae appellationem non inducantur sponsalia, quemadmodum paulo ante probatum, ipse quoque modus contrahendi plane est ridiculus, & nullam veritatis speciem prae se fert, cum evidenter satis pateat ejusmodi verba joco fuisse prolata. Continuat. Besold. *Thesaur. pract. voc.* Complimenten. Quapropter & hic, quod modo diximus, obtinet, nimirum, quod non sufficiat figura verborum sine consensu naturali *L. 38. ff. d. O. & A.* Bald. *Vol. 1. Cons. 27.* Nam qui jocose agit nihil serii praestat. Stuck. *Vol. 1. Cons. 6. n. 91.*

Quid si ita: Tu mea es vel eris?

VII. Ejusmodi farinae multa & innumera alia dari possunt exempla. Ita si quis dixerit: *Mea es vel eris* Du solt mein seyn / nisi expresse de nuptiis actum, *nihil* inde poterit concludi. Sunt etenim haec verba generalia, quae non solis Sponsalibus sed etiam aliis rebus applicari haud raro solent, unde pro jocosis potius habenda, quae ad sponsalia inducenda sunt inidonea. Cypraeus *de Jure Connub. cap. 4. §. 12. n. 5.* Multo magis cum in nostris regionibus singularem duntaxat aliquam animi affectionem erga alterum denotent. Dn. Muller. *in disp. de Liter. Amator. th. 16.*

Quid si juvenis ludendo virginem lucratus fuerit?

VIII. Par ratio est illius casus, si Juvenis & Virgo charitis ludentes invicem periculum fecerint, quis ex iis alterum lucrari posset ludendo: Et Juvenis aliquot vicibus victor existens tandem in haec verba eruperit: *Ego te chartis lucratus sum, Virgo, mea nunc eris.* Virgo autem acceptans hanc conditionem responderit; *Ita esse:* Nam & ibi jocum dedisse occasionem ludo in aprico est, unde tam Juvenem, quam Virginem posteriora verba aeque animo jocandi protulisse, non est dubium, hinc nulla exinde efficax obligatio. David. Doring. *in Bibliothec. JCtor. voce Adulatio.* Carpz. *Jurispr. Eccles. L. 2. def. 19.* Cypraeus *d. cap. 4. §. 16. n. 3.*

Quid si Virgini à se non-

IX. Quid autem obtineat, quaeritur: Si quis aliquantum familiarius cum virgine conversetur, nulla mentione sponsaliorum facta: Virgo autem postquam vana spe se lactari

ctari credit,ut animum Juvenis experiatur, diſplicentiæ ſuæ ſigna edat non obſcura; Ille contra, ut diutius ſibi dulci converſatione Virginis frui liceat, proteſtetur his verbis: *Tu mihi ſola places, non mutabo te pro meliori &c.* Et non poſſe hinc concludi conſenſum ad Sponſalia requiſitum, autumo, ſi, uti dictum, ante illa verba nulla de Sponſalibus vel matrimonio mentio inter partes ſit facta. Nam & ſic jocandi magis & applaudendi animo effuſo ſermone videntur jactitata, quàm promittendi. Covarruv. *ad cap. 4. part. 2. §. 1. de Sponſal.* Cypræus *d. cap. 4. §. 12. n. 17.* Dn. Muller. *in d. diſp. th. 19*

nihil aliena dixerit; Tu mihi ſola places?

X. Huc pertinet, ſi duo ſibi repromiſerint matrimonium ea lege & conditione, ut ſi alterum pœnituiſſet unum ſolverent ſolidum, quem pignoris & arrhæ loco, illi qui aderat, tradiderunt. Ridicula enim, quam appoſuerunt, conditio, ipſeque contextus, ſatis oſtendunt, utrorumque mentem non fuiſſe, ut ſponſalia contraherent, ſed ut jocarentur. Bald. *Vol. 1. Conſ. 27.* Quam ob rem nulla inde ſequitur obligatio, ne alioquin actus agentium operetur ultra eorum intentionem, contra L. *Non omnis 19. de Reb. Cred.* Surd. *Dec. 119. n. 24.*

Alius caſus.

XI. Sequitur igitur hinc non præciſe ad verba reſpiciendum, ſed ad animum, utpote de quo conſtare debet, priusquam Sponſalia poſſint dici celebrata. Cæteroquin quot non quotidiè contraherentur ſponſalia? Si tantum temporis negotiis tuis ſubtrahere poſſis, adſpice quæſo puellarum juvenumque congreſſus ad recreationem inſtitutos, quot ibi reperies ludorum genera, unde Sponſalia exterius concludi poſſint? Vix tibi de tam felici gratulari poteris memoria, ut non in recenſione eorum, deficias, ut ſatis cognoſcere poſſis, quas deſidioſiſſimas hucusque arbitratus ſis, nunc curioſiſſimas occupatiſſimasque fuiſſe. Non expedit hic enumeratione ludorum implere pagellas, cum neminem tam expertem eorum fore credam, qui non exiguum numerum afferre valeat. Sufficiat inpræſentiarum unica illa ſpecies, quam, niſi penitus fallor, appellant der Krug komt/quando ex pluribus ſibi oblatis juvenibus, Virgo unum eligit, qui magis è re ipſius vide-

Non tam ad verba, quam ad animũ reſpiciendum.

Illuſtratur hoc exemplis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [31] - 27

videtur futurus. Quæ tamen ſpecies ludorum levis videbitur comparatione facta cum ludo illo, quem vocant B. Nicolai, de quo vid. Joh. Brunellus. *de Sponſal. Concl. 18. n. 13.* qui extat in *Tract. Tract. Vol. 16.* ubi Juvenis pro repræſentando ludo cum una ex Virginibus, præſentibus reliquis contrahit. Ex quibus tamen & aliis ludorum generibus, quis vera ſponſalia concluderet? quis non potius illa concludentem digno riſu exciperet?

Verba ironice prolata non obligant.

XII. Eodem numero habenda verba ironice aut deriſorie prolata. Nam & hæc cum non ſint notæ eorum, quæ in animo geruntur, ſed potius oppoſitorum, Panormitan. in *c. ſcribam X. de Præſumt.* & magis intendant contrarium ejus, quod ipſa ſonant. Martin. Uran. *Vol. 3. Conſil. 42. n. 46. inter matrimonialia.* Sponſalia non inducunt. Atque ita, qui interroganti fœminæ & dicenti: *ſis maritus meus,* reſponderat: Ja/ cum ex reliquo contextu apparuerit, ipſum ironice hoc verbum protuliſſe, non præſumitur conſenſiſſe ac per conſequens non obligatur. Uran. *d. Vol. 3. Conſ. Matrimon. 39. n. 8.* Ironice autem hoc verbum Ja fuiſſe prolatum conſtabit, ſi correptum fuerit, acutoque accentu enunciatum, quo caſu nunquam probare Sponſalia adſtruit Uran. *d. Vol. 3. Conſ. 20.* cum ſecundum quamlibet animi acceptionem non ſit expreſſivum conſenſus, uti per ſe patet, ſed potius tale, quod cum quadam indignatione conſenſum refutat atque repudiat.

Nec exempli gratia prolata.

XIII. Idem obtinet in verbis exempli gratia prolatis *L. 3. §. ult. ff. de O. & A.* etiamſi alias perſe ſint obligatoria. Unde ſi aliquis diceret ad Virginem: *Dic mihi, quomodo contrahitur matrimonium:* Et Virgo ſimplex reſponderet: *Cum dicimus peto te in virum, & tu reſpondes, accipio te in uxorem.* Ille placere ſibi hoc aſſerat, firmiterque perſuadeat, jam eſſe contractum matrimonium, cum verba de præſenti & directo obligatoria intervenerint, Virgo ſe ex *d. L. 3.* tueri poterit, quod exempli tantum jocique cauſa hæc protulerit, omni penitus conſenſu, animo ac propoſito nuptias contrahendi deficiente. Zaſius *ad d. L. 3. ff. de O. & A. n. 11.*

XIV.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [32] - 28

XIV. Neque aliter dicendum de verbis ambiguis, ut- *Nec ambi-*
pote quæ pro jocosis haberi, dixi *th. 3. in fin. h. cap.* Inde si Vir- *gua.*
go juveni interroganti: *An matrimonium cum ipso inire velit?*
respondeat: Ist es auch Fragens werht? non dicuntur Spon-
salia esse contracta, uti in terminis tradit Carpz. *P. 4. C. 20. def.*
9. Verba enim hæc admodum obscura sunt & dubia, quæ inu-
tilia ad causam aliquam expediendam *L. 12. §. 2. C. de ædif.*
privat. L. un. C. *de Nov. Oper. Nunciat. c. 7. dist. 33.* Quod tum
inprimis verum erit, si puella parentibus orbata fuerit: Nam
hujus clarior requiritur consensus. Dn. D. Stryk. *in Annot. ad*
B. Brunnemann. Jus Eccles. L. 2. cap. 16. §. 3. Quod si parentes
adhuc habuerit, etiam tacita paternæ voluntatis approbatio
sufficit L. *7. & 12. ff. de Sponsal.* cum optimum pro liberis con-
silium suscipere dicantur parentes *L. 22. §. fin ff. ad* L. *Jul. de*
Adult. L. *36. §. ult. ff. de Excusat. Tutor.* & nullus affectus ex-
traneus inveniatur, qui vincat paternum, L. *7.* C. *de Curat.*
Furios.

XV. Restat, quid de verbis conditionem impossibilem *Quid, si im-*
exprimentibus habendum. Solent enim Sponsalia sub variis *possibilis con-*
conditionibus contrahi *tot. tit. X. de Condit. appos.* Vid Beust. *ditio adjecta*
de Jure Connub. p. 1. qv. 18. seqq. Fachin. L. 3. *Controv. c. 36.* *sit sponsali-*
seqq. aliosque quos refert Carpz. *Jurispr. Eccles.* L. *2. def. 24. n.* *bus?*
2. Et sicuti necessariæ & honestæ conditiones maturo consilio
adjectæ censentur, ut ipsis existentibus, sponsalia firma sint
ac rata, deficientibus vero nihil promissum videatur; Carpz.
Jurispr. Eccles. L. 2. *D. 20. n.* 7. ita impossibilium & turpium
dispar ratio est. Promissio enim hic est inter duas personas
de quarum voluntate utrinque constare debet; In hujusmo-
di verò actu, ubi impossibilis conditio apponitur, talis utro-
rumque cogitatio, ut nihil agi existiment. L. *31. ff. de O. & A.*
Dn. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 29. §. 6.* Jacob. Mæstert.
de Iustit. LL. *Roman.* L. 2. *Dub. 6.* Henr. Rennemann. *Iurispr.*
Rom. Germ. membr. 1. disp. 41. §. 40. Ludere igitur ac jocari po-
tius videntur voluisse, quam de perpetua ac indissolubili vitæ
consuetutudine disposuisse ac animum se obligandi habuisse,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [33] - 29

Circumstantiæ hoc casu attendendæ erunt.

XVI, Contrarium quidem placuit Pontifici *c. ult X. de Condit. appos.* conditionem scilicet impossibilem pro non adjecta habendam. Præcavendum enim statuit, ne in re tam seria, ac spirituali, qualis matrimonium est, joci admiscerentur, ideoque in favorem matrimonii, & ut petulantiæ eorum, qui pudicitiæ imbecillis sexus insidias struunt, frænum injiciatur, hoc decrevit. Besold. *tr. de nupt. c. 6. n. 7. p. 27.* Carpz. *Jurispr. Eccles. L. 2. def. 23. n. 2.* Verum enim verò cum per impossibilem conditionem à scientibus appositam, omnis omnino, uti dictum, consensus excludatur, absque quo neque sponsalia, neque nuptiæ subsistere possunt, merito de hoc Pontificis asserto dubitamus, consideratisque circumstantiis, an pro matrimonio pronunciandum sit, prudentis Judicis discretioni relinquimus Dn. D. Stryk. *ad B. Brunnemann. Jus Eccles. L. 2. c. 16. §. 14.* Add. *disp. sub ipsius præsid. habit. de Concursu Sponsal. c. 1. n. 45. seqq.* Conf. Gerhard. *de Conjugio. §. 133. p. 217.* Bechstad. *de Condit. Sponsal. p. 1. c. 5. n. 9.*

Ex sola familiaritate non possunt concludi Sponsalia.

XVII. Quantum ad signa vel facta, quibus similiter consensum declarari supra dixi *th. 2.* certum est, ex sola familiaritate, cum quis jocatur cum virgine, de Sponsalibus verò nullam mentionem facit, Sponsalia non posse dici contracta, cum consensus in Sponsalia deficiat *c. 25. X. de Sponsal.* Et quamvis nimia familiaritas veram præsumtionem matrimonii inferre dicatur Petr. Greg. Tholos. *Syntagm. Jur. Univers. L. 36. cap. 12. n. 17.* Add. *c. dicat 9. c. 32. qv. 4.* nedum Sponsaliorum; probationem tamen certam non facit, cum de animo contrahendi non constet. Dn. D. Stryk. *disp. d. de Jur. Blandit. c. 2. n. 40.* ficulneisque ejusmodi argumentis, arduam quam maxime matrimonii materiam superstruere non conveniat. Pleniores itaque requiruntur probationes, nec svaves illæ viridiorum annorum ineptiæ, ac verba illa, uti antea dixi, sacharo incrustata hanc rem conficiunt. Alber. Gentil. L. 2. *de nupt. c. 14. & 15.* Henning. Arnisæus *de Jure Connub. c. 3. p. 27.* Cypræus *de Jure Connub. P. 1. c. 9. §. 14. n. 24.* Nisi forte jocus ejusmodi fuerit, qui non nisi inter conjuges vel Sponsos liceret, cujus generis

ris erit das Schurtztuch / quem Reinking. Biblisch. Policey *L. 3. c. 20.* putat fuisse jocum Isaaci cum Rebecca, de quo *Genes. 28. v. 8.*

XVIII De amplexibus, osculis, dextræ datione & similibus, dubium esse poterat, quid de illis habendum? Vulgus quidem hominum hæc interpretatur in amorem maritalem; sed perperam. Sunt enim signa æquivoca, & dubia, quæ etiam prudentissimos fallunt. *L. 2. ff. de Jur. & fact. ignor.* & ab iis ignorantur L. *fin. §. 1. in fin. ff. pro suo.* Variant siquidem circumstantiæ, quarum etiam minimæ aliud jus inducere solent. L. *4. §. 1. ff. de incend. ruin. & naufrag.* L. *72. in fin. ff. de judic.* L. *38. §. 8. ff. de jurejur.* L. *2. ff. de Re judic.* L. *11. pr. ff. de Pœn.* Quod si itaque animo contrahendi matrimonium interveniant, & virgo absque reluctatione eadem accipiat, Sponsalia, jam contracta esse, vel illico contrahenda probabunt. Kitzel. *Synops. Matrim. c. 4. theor. 7. lit.* L. & M. & *c. 5. theor. 3. lit. E.* Qui animus si absit, contrarium obtinebit, & non quid factum, sed quare ita factum, considerandum erit. Haveman *Gamolog. Synopt.* L. *1. tit. 7. pos. 5. §. 2.* Taceo pro insulso haberi juvenem, quisquis ille demum fuerit; qui amorem à virgine præsentatum aspernatur, quo tamen ipse aliquando frui desiderat, atque hic locum invenire illud Poëtæ: *Neque ex amplexibus, osculis, aliisque signis.*

Dii! pereat, quisquis lepidam spectare puellam
Ferreus haud ullo tactus amore potest,
Turgidulosque oculos leviterque natantes
Nec poterit blandum poscere basiolum.

Accedit, quod natura cognationem quandam inter homines constituerit. L. *3. ff. de Just. & Jur.*

Nam lepidum, nam dulce aliquid blandumque videri
Opposuit natura viris, quo ducimur omnes,
Sed sine vi, sed sponte tamen, cujus centrum puella est.

Ex congenita ergo quadam erga virgines affectione, ejusmodi signa proficisci, dicendum potius, quam ex singulari ardentique amore.

XIX. Eadem vulgi opinio esse solet, si quis cum Virgine quadam solùm in nuptiis, missis reliquis, choreas ducat. *Neque si frequenter quæ choreas*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [35] - 31

duxerit cum virgine.

quæ tamen ob easdem rationes non admittenda est. Choreas etenim ducere libertatis est naturalis, nec ullo jure quis cogi potest ad saltandum cum ea, quæ moribus suis minus convenire videtur. Non enim omnia unicuique placent & vulgatissimum est illud: *Trahit sua quemque voluptas.* Benevolentiam igitur potius suam testandi causa, ac demonstrandi, quantum ex conversatione ipsius gaudii ac lætitiæ percipiat, factum hoc esse statuendum. Forsitan & aliæ causæ esse poterunt, quas hic recensere nostri non est instituti.

Neque si virginis causa iverit ad nuptias?

XX. Idem dicendum puto, si juvenis audiens virginem, cujus desiderio tenetur, ad nuptias invitatam, ut virginis conversatione frui possit, vel finita cœna ipse choreas visitet, Wenn einer die Jungfer zu caressiren auff den Großvater geht/ vel ut ad easdem nuptias invitetur, per alios ad hoc subornatos, procuret. Quod & obtinebit, si frequenter plateam, in qua virgo habitat, decurrat, vel prætereuntem sicca & inani tussicula ad aspiciendum ac salutandum sollicitet: Calori nimirum juvenili hæc omnia veniunt adscribenda, quem refrænare admodum est difficile.

Neque si annulum aut aliud quid dederit virgini.

XXI. Quid vero si annulus, aut aliud quoddam donarium oblatum fuerit à juvene virgini, vel vice versa à virgine juveni, nam & hîc non raro jocum dedisse causam dationi obtendi solet? Et non præsumi ex sola ejusmodi datione Sponsalia verum puto, cum hæc ipsa datio etiam in aliis negotiis L. *11. §. 6. ff. de Act. Empt.* ac ob alias causas *c. illud quoque 11. X. de præsumt.* & ludendi vel donandi animo L. *36. §. 1. ff. de Donat. inter Vir. & Uxor.* aut ex amore etiam turpi fieri possit. Jacob Thoming. *Vol. 1. Cons. 52. n. 30.* Arnis. *de Iure Connub. c. 3. sect. 1. n. 8.* Sanchez. *de matrim.* L. *1. disp. 22. n. 1.* Stuck. *Cons. 5. n. 56. seqq.* Et si secundum sententiam Canonistarum nec copula carnalis quidem sufficiens est, ut inde Sponsalia colligi possint, si sc. illa copula Sponsalia præcesserit, Covarruv. *de matrim. p. 1. c. 4. §. 1. n. 20.* multo minus datio donarii cujusdam sufficiet. Quorsum refero annulum, quem Ovidius amicæ suæ dedit L*ibr. 2. Amor. Eleg. 15.* & illum quem Pamphylus Phylumenæ per lasciviam detraxerat, de quo Terentius *Hecyr. act. 4. Scen. 1. v. 59.*

XXII.

XXII. Quod tamen, cum omnibus hucusquè dictis ita Lim. *nisi præ-*
intellectum volumus, nisi tractatio de Sponsalibus vel matri- *cesserit spon-*
monio præcesserit, de quo Mascard. *de probat. Conclus. 1025. n. salitia tra-*
2. Sic enim si eandem subsequatur annuli traditio, & ex parte *ctatio.*
mulieris acceptatio, Sponsalia inita præsumuntur; Cypræus *de*
jure Connub. p. 1. c. 11. §. *5. n. 2.* & tunc demum verum erit il-
lud Vulgi effatum: Ist die Jungfer beringet / so ist sie genug
bedinget. Idem dicendum erit, de verbis supra *th. 14.* relatis, ist
es auch fragens wehrt? Nam si hæc præcesserit tractatus Spon-
salitius, consensus inde haud obscurè concludi potest, cum pu-
dori virginali adscribendum, quod expressis verbis annuere
noluerit Virgo. Hahn. *ad Wesenbec. tit. de sponsal. n. 6.* Sic si
concubitus insuper ad verba vel facta jocosa accesserit, rem se-
riam egisse contrahentes res ipsa testatur. Hinc tali in casu pro
matrimonio pronunciatum, in causa alicujus, qui viduæ vitia-
tæ fidem dederat: *se frustum panis cum ea participaturum, nec*
unquam eam deserturum, & nihilominus hæc verba per jocum
prolata volebat, referente Cypræo *d. tr. c. 4.* §. *16. n. 5. seq.*

XXIII. Hoc itaque demum casu interpretatio contra *Hoc casu*
eum facienda, à quo per jocum quid factum aut prolatum, *præsumtio est*
L. *Veteribus 39. ff. de pact.* Cypræus *d. c. 4.* §. *13. n. 2.* & sic pro *contra jocan-*
matrimonio. Panorm. *in c. Tua nos n. 1. X. de Sponsal.* Matri- *tem.*
monii etenim favor multus est, *c. ex Literis 7. X. de Sponsal.*
Alciat. *Libr. 1. Cons. 13. n. 15.* Menoch. *de præsumt. Libr. 3. præs.*
3. n. 9. & verba hoc casu aut facta jocosa non ad simulandum,
sed ad exprimendam mentem interveniisse cententur *arg.* L. *7.*
§. *2. vers. id Tubero ff. de Suppell. leg.* L. *67. ff. de Legat. 3.* Ut
adeo non audiendus sit, qui dicit: Es wären nur complimen-
ten gewesen/Magnif. Dn. Rhetius *disp. de Virgin. c. 5.* §. *4.* Sed
probatio ipsi injungenda, se hujusmodi quid joco tantum fe-
cisse. Colerus *Dec. 300. n. 2. seqq.*

XXIV. Annon verò, si aliter hoc probari non possit *Hinc jura-*
juramento ejus purgatorio standum sit quæritur? Quod si- *mento pur-*
cubi sponsalitia tractatio præcesserit, omnino affirmandum pu- *gatorio eli-*
to: Sic enim sufficiens præsumtio militat contra illum, qui *enda.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [37] - 33

verba jocosa protulit, absque qua nec in causis criminalibus huic juramento locus, docente Carpzov. L. 3. *Jurispr. Eccl. def. 47. n. 2. seqq.* Hanc igitur præsumtionem juramento elidere necessum habet, alioquin pro Sponsalibus pronunciare æquius erit. B. Brunnemann. *ad* L. *4. ff. de Sponsal. n. 5.* Esbach. *not. ad Carpzov. p. 4. c. 20. def. 9. n. 5.* nisi tamen manifesto satis constaret, verba jocosa vel ambigua serio fuisse prolata Havemann. *Gamolog. Synopt.* L. *1. tit. 7. pos. 7.* §. *1.* Tali enim casu juramentum deferre, nihil aliud esset, quam ansam præbere perjuriis. Quod itidem verum puto, si manifesto satis de joco constaret, uti in casu supra *th. 8.* relato, sic enim nisi aliæ concurrerent circumstantiæ, juramento non esset gravandus reus. vid. Dn. D. Stryk. *d. disp. de Jure blandit. c. 2. n. 52. & 53.* cum juxta Grot. *de J. B. & P.* L. *2. c. 16.* §. *1. n. 2.* rectæ interpretationis mensura sit collectio ex signis maxime probabilibus. Add. Coler. *Dec. 300. n. 3. seqq.* Gail. *2. Obs. 106. n. 5.*

Quod limitatur.

Quid si parentes jocose annuerint nuptiis?

XXV. Et, hæc de joco à contrahentibus commisso. Quod si parentes jocose annuerint nuptiis liberorum, pari ratione inde non poterit concludi illorum consensus, quem tamen & civilis & naturalis ratio exigit *pr. I. de Nupt.* Inde si pater virginem, quam filius sibi desponsari cupit, appellaverit *filiam suam*, seine liebe Tochter / consensus exinde, si non alia adsint adminicula, colligi nequit. Verba enim hæc admodum dubia & obscura sunt, quibus plerique senes puellis blandientes, uti, illisque juniores honorare solent. Carpzov. *Jurispr. Eccles.* L. *2. def. 42. n. 7. seqq.* Quæ, ut & alia cum ex antea dictis luce sua radient, confero me ad

CAPUT III.
De
JOCO CIRCA ACTUS INTER VIVOS.

Acqui-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [38] - 34

I.

ACquisitionis, in qua jus rerum se potissimum exserit, modi distinguuntur à Grotio *de I. B. & P.* L. 2. c. 3. §. 1. in *originarios* & *derivativos*, Confer. Dn. Pufendorff. *de I. N. & G.* L. 4. c. 6. §. 1. Illis, quibus ab initio proprietas in rem aliquam introducitur, cum ad propositum nostrum parùm, imo nihil conferant, in præsens missis, derivativos, quibus dominium jam constitutum ab uno homine in alium transit, quatenus nostri erit instituti, hac vice expendemus. Et quidem, cum aliqui horum inveniantur occupati circa eventum mortis, sive ultimas voluntates, aliqui inter vivos res transferant, illis ad subsequens caput reservatis, hos præsenti inclusos capiti absolvemus. *Transitus.*

II. Sicut autem in translatione jurium ac rerum duæ interveniant personæ necessum est, quæ transfert, & in quam transferuntur; Ita in his adquirendi modis, duarum voluntatum requiritur concursus, dantis scilicet, & accipientis. L. *In omnibus* 55. *ff. de O. & A.* Alienatio ènim præcipuè innuit rem à Domino volente transire, non invito per meram vi lentiam eripi L. *11. ff. de R. I.* §. *41. I. de R. D.* Et ut alienum à priori dominum accipiat res, hunc quoque consentire oportet, cum inconveniens sit, ut res substantia sua physica à me separata, mihi velut adjungatur, ni voluntate & consensu meo eandem amplexus fuerim Dn. Pufendorff. *de I. N. & G.* L. 4. c. 9. §. 2. consensumque meum idoneis signis declaraverim L. 2. *L. 52. ff. de O. & A.* §. 2. *I. de donat.* quò cœteris de eo liquidò constare queat, cum humanæ societati incongruum sit, solis actibus internis tribuere vim producendi jura, quæ adversus alios homines effectum sunt habitura. Grot. *de I. B. & P.* L. 2. c. 6. §. 1. n. 1. Dn. Pufendorff. L. 4. c. 9. §. 3. ut eo casu eundem juris effectum esse eluceat, non esse & non apparere voluntatem rem suam transferre volentis. Robert. Scharrock. *de Offic. secund. Jus Natur.* c. 4. n. 3. §. 2. Dn. D. Simon. *annot. ad Grot.* L. 2. c. 11. §. 11. *In Translatione rerum ac jurium requiritur.*

III. Proficiscuntur verò modi illi adquirendi inter vivos res acqui- *Inter Vivos*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [39] - 35

runtur (1) Liberalitate alterius.

vos, vel ex *sola liberalitate*, vel ex *interposito contractu*. Inter illos recensemus POLLICITATIONEM, quæ nihil aliud est, quam nudum & spontaneum offerentis promissum, qui benigne Reipublicæ se quid facturum promisit L. *3. ff. de Pollicit.* Wesenbec. *ad ff. tit. Eod. n. 1.* Ex hac tanto major obligatio, quanto majus vinculum est, quo Patriæ tenemur, de quo eleganter differit Connanus. *Libr. 5. Comment. Jur. Civ. cap. 8. n. 6.* Unde licet ex nudo pacto de Jure Civili aliquis non obligetur. L. *7. §. 4. & 5. ff. de Pact.* L. *1. & 10. C. de Pact. Convent.* L. *95. §. 4. ff. de Solut.* Secus tamen esse in Pollicitatione, affatim docet inspectio *tit. ff. de Pollicit.* Crimen enim perfidiæ tantopere improbatum L. *1. ff. de pact.* L. *1. & 25. ff. de Constit. pecun.* crescit ob publicam utilitatem, adeò ut penitus absonum sit in causis Reip. promissa violare, vel fidem frangere L. *1. §. 4. ff. Depos.* gratiamque semel factam minuere L. *8. ff. de Pollicit.*

Huc spectat PROMISSIO.

Ex Pollicitatione quis tenetur, si seria fuerit.

IV. Sed hoc ita si seria fuerit & constans pollicitatio Struv. *in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 50. th. 84.* Sic enim non audiendus, qui oris libertate se defendit, sed potius cogendus, ut, quod dixit, præstet L. *Traditio. 20. §. 1. in fin. ff. de A. R. D.* Hinc locum hoc casu habet, quod dicitur in L. *fin. in fin. C. de Dot. promiss.* Qui effuso sermone sese jactat, in promptum incidit periculum. Aliud obtinet, si ex joco, jactantia, præcipiti fervore, similive causa hujusmodi promissio facta, ubi non tenet promittentem, arg. L. *1. §. 1. ff. de Pollicit.* & L *Hoc Jure 19. pr. ff. de Donat.* Add. L. *Locatio 9. pr. ff. de Public. & Vectig.* L. *Quicquid 48. ff. de R. I.* L. *Contractus 54. ff. de O. & A.* Siquidem nullibi magis, quam in promissionibus & votis requiritur deliberatio *arg. can. 3. c. XVII. qv. 4.* & *c. 3. X. de Vot.* Decius *ad d.* L. *48. ff. de R. I. n. 3.* Gerard. von Stöcken *in diff. de pollicitat. Qv. 12. th. 55.* utpote in quibus præter modum solemus esse liberales, nec tam attendere, quid dicamus, quam an placeamus.

Non si jocosa.

Inter pocula promittens non tenetur.

V. Qui itaque inter pocula quid pollicitus est, inde non tenetur, Vid. Joach. Bürgers *in Cent. I. Observ. Milit. 45.* Quem enim pocula non faciunt disertum, quem non liberalem?

Vinum

Vinum facit vetulas leviter ſalire,
Et diteſcit pauperes, *claudos facit ire,*
Mutis dat alloquium, ſurdis dat audire.

Idem eſt in eo, qui officii aut urbanitatis gratia ſe non ſolum alteri obtulit, ſed omnia quoque ſua bona pollicitus eſt. Parlador. L. 2. *Rer. Quotid. Cap. 3. n. 45.* Martin Mager. *de Advocat. Armat. Cap. 18. n. 226.* Ziegler. *in Comm. ad Prax. Calvin. in* §. *obtulit, Landſaſſii concl. 1. n. 200.* Hujusmodi enim complimenta, non ſunt cordimenta, ſed condimenta urbanitatis, ſeu vocis ſupplementa, non rei implementa, uti ex Tacito refert. Author. *Nugæ-Somnior. Claſſ. 1. part. 4. p. m. 27.* Et talia verba curialia, ne hilum quidem obligant. Limnæus *de Jure Publ. Libr. 4. c. 6. n. 75.* Anton. de Amat. *Dec. 53. n. 9.* ob præſumtivè iis inhærentia mendacia, Pacian. *Conſ. 153. n. 23.* & quia non alio, quam adulandi animo cenſentur prolata. Unde vel hinc. *Curialia* à Dd. dicta, quod ſcilicet, ſoleant Aulici & qui in Principum comitatu ſunt, aliud ſentire, aliud loqui, uti opinatur Alciat. *Libr. 2. Parerg. 12, circ. princ.* *Nec qui offerii cauſa ſua bona alteri*

VI. Quod procedit, niſi quis jam cœperit opus facere, aut pecuniam ſolvere, quam dicis gratia & joco promiſerat. *L. 1. §. 2. & 3.* L. *Toties 6. §. 1. de Pollicit.* Jaſon. in *Rubric. de V. O. n. 7.* Nam tunc quod geſtum eſt deſeri amplius non debet, cum inchoatio præſumtionem joci excludat atque ſeriam fuiſſe promiſſionem ſignificet. B. Brunnem. *ad Weſenb. Quæſt. 3. tit. de Pollicit.* Idem eſt, ſi ex aliis indiciis de ſerio animo conſtet, utpote ſi ex juſta cauſa promiſſio facta L. *1. §. 1. ff. de Pollicit.* v. gr. propter incendium, terræ motum, ſimilemve alium caſum. L. *propter 4. &* L. *ob caſum 7. ff. Eod.* Aut ſi quis ſemel iterumque promiſerit. Nam geminata promiſſio ſeriam demonſtrat, atque enixam alterius voluntatem L. *ſi mulier 22. C. Ad Sectum. Vellej. L. 4. ff. de Fidejuſſ. dat.* Reinking. *de R. S. & E. libr. 3. Claſſ. 1. cap. 10. n. 40.* Aug. Barboſ. *in Theſaur. Locuplet. libr. 7. cap. 1. tot.* Ex quibus facile eſt, ad d. *c. 3. c. XVII. qv. 4.* reſpondere, ubi donatio Eccleſiæ facta tumultuario mentis impulſu negatur eſſe revocanda: Nam *vel* verba illa: *tumultuario mentis* &c. ad revocationem *Quomodo hoc procedat,* *Explicatur can. 3. c. 17. qv. 4.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41,Leibn. Marg. 41, Stück 20, [41] - 37

erunt referenda, uti censet Decius *ad L. 48. de R. I. n. 1. vers. Advertendum tamen est.* *Vel* potius canon de illo pollicitante erit intelligendus, qui quidem in angustiis & periculo fuit constitutus, vovit tamen cum judicio, ut periculum evaderet. Hujus enim temeraria revocatio instar sacrilegii habetur *d. c.* 3. Add. Archi Diaconus *in d. can. 3. c. XVII. qv. 4.*

Pertinet huc β DONATIO.

VII. Pertinet huc etiam DONATIO, quæ licet quandoque certo modo & ratione certarum specierum, ad contractus referri possit: Nobis tamen hoc loco est liberalitas, quæ nullo jure cogente ex sola animi benignitate proficiscitur L. *29. pr. ff. de Donat.* B. Dn. Brunnemann. *ad Wesenbec. qv. 1. & 2. ff. de Donat.* Add. Gothofred. *ad* L. *67. §. 1. ff. de Leg. 2.* quo sensu contractui seu negotio gesto in Jure nostro haud raro opponitur, uti in L. *Interdum 14. ff. de Precar.* L. *si prædia 58. pr. in fin. de Donat. inter Vir. & Uxor. L. 43. §. 1. ff. de Administr. Tut.* Hæc ut subsistat ab utraque parte consensum requirit serium, & voluntatem donandi certam. *L. 7. & 8. C. de Donat.* ibique Gothofred. Quapropter donare rogatus rem aliquam, si dixerit, se non hanc solum, sed & aliam quamcunque rem, donaturum, ne quidem ad rem illam certam donandam obligatur, uti aperte probari videtur per *c. Cum venissent 6. vers. Ipse vero timens X. de Institut.* Vid. Doring. *in Bibliothec. JCtor. voc. Adulatio.* Anton. Gomez. *Tom. 2. Variar. Resol. cap. 4. n. 5. in fin.* Joh. Crotius *in Lectur. 1. ad tit. de V. O. n. 61.* Speidel. *in Observ. Lit. C. n. 69. voc.* Complimenten. Verba siquidem adulatoria sive honoris non obligant. Casp. Klock. *de contribut. c. 7. n. 119.* cum inanes bullæ sint, Ddres *ad d. c. cum venissent. X. de Instit.* ex quibus dissensus potius, quam consensus elicitur Zasius *ad L. 3. §. 5. ff. de Condict. caus. dat. caus. non secut. n. 11.* Animum enim donandi si habuisset, illum vel unico verbulo exprimere potuisset, omisso tanto verborum anfractu & apparatu. Unde multa pollicenti non esse fidem habendam, infert. Bartol. *in L. Non omnes 5. §. fin. ff. de Re Milit.*

An obligetur, qui non solum rem, de qua quærebatur, donavit, sed aliam quamcunque?

(2) Ex Contractu.

VIII. Et hæc de modis adquirendi, quæ ex liberalitate proficiscuntur. Progrediendum nunc ad modos, quibus ex

inter-

interpoſito contractu acquiritur. Qua ratione contractus nihil aliud eſt, quam *modus ex conventione per ſe & ſua natura efficaciter obligandi*, quemadmodum etiam definit Frantzk. *ad ff. tit. de Pact. n. 30.* Injicitur ergo mediante contractu frœnum quoddam morale noſtræ agendi libertati, ut in diverſam, quam quidem contractus ducit, partem tendere rectè non poſſimus. Dn. Pufendorff. *de I. N. & G. l. c. 6. §. 5.* De quo onere deinceps ſuſtinendo, ne quis jure conqueri poſſit, conventionem ex utraque parte intervenire neceſſum eſt *L. 1. §. 2. ff. de Pact.* utque in illud onus ultro quis conſentiat, ſuoque ſibi arbitrio arceſſat, quod repudiare in ipſius erat poteſtate Dn. Struv. *Jurisprud. Rom. Germ. Forenſ.* L. 3. *tit. 1. §. 3.* Dn. Pufendorff. *L. 3. c. 6. §. 1.* Cui conſenſui cum inter cœtera & jocus adverſetur, illeque nullibi magis, quam in contractibus verbalibus ſe exſerat, de illis paulo uberius nunc erit disquirendum.

Iocus inprimis ſe exſerit in Contractibus Verbalibus.

IX. Quod itaque Stipulationem attinet, diſtinguendum puto: Utrum *jocus extrinſecus accedat ſtipulationi*, an verò *ipſi rei, quæ in ſtipulatum deducitur, inſit.* Prioris caſus exemplum eſt; Si quis interrogatus, *Spondes?* reſponderit: *Arma virumque cano, ſpondeo.* Ubi quamvis quoad modum ſtipulandi reſpondens jocari videatur nihilominus tamen eum obligari, deciſum in L. *Quæ extrinſecus 65. pr. ff. de V. O.* cum ea, quæ extrinſecus accedunt, & nihil ad præſentem actum pertinent, ſi adjiciuntur ſtipulationi, pro ſupervacuis habeantur, nec vitient obligationem. Gœddeus *de contrah. ſtipul. cap. 3. concl. 6. n. 89.* Conf. *L. 37. C. de Donat.* Neceſſaria enim prætermiſſa imminuunt contractus, & officiunt contrahentium voluntati, non ſuperflua L. *17. C. de Teſtam.* L. *56. ff. Mandat.* L. *32. §. 16. ff. de Aur. & Arg. Legat.* L. *26. in fin. ff. de Adim. & transfer. Legat.* L. *94. ff. de R. I.*

Valet Stipulatio, cui jocus extrinſecus accedit.

X. Quamvis verò alias ſuperflua quoque, ſi contra naturam actus adhibeantur, contractum faciant nullum. Gothofred. *ad* L. *17. de Teſtam.* Confer. L. *8. §. 7. ff. de Fidejuſſor.* L. *77. ff. de R. I.* & actu impertinenti vitietur ſtipulatio L. *Continuus 137. ff. de V. O.* L. *1. §. ult. ibi: dummodo congruenter reſpon-*

Quod ulteriorius probatur.

ſpondeatur ff. Eod. Hic tamen cum ab utraque parte conſenſus adſit, & ſaltem jocus in contrahendo ſive ſtipulando concurrat, pro validitate ſtipulationis merito pronunciandum; cum ſufficiat, de ſenſu & conſonante intellectu ab utraque parte conſtare, quibuscunque verbis etiam ille fuerit expreſſus, *L. 10. C. de Contrab. Stipulat. §. 1. I. de V. O.* Neque jocus intermedius inter interrogationem & reſponſionem prolatus, confeſtim interrumpit continuam interrogationis & reſponſionis conceptionem, cum ſæpe homines in more poſitum habeant, ut interrogati, dum deliberant, quid reſpondere velint, ſoleant dicterium quoddam murmurare vel palam etiam proferre, alii caput quaſſare, alii raptim hinc inde curſitare. Hoc igitur ſi fiat & habita animi deliberatione, ſubjiciatur conveniens reſponſio, nihil putatur interveniſſe, quod impedimento ſit negotio principaliter tractato *arg. L. 1. §. 1. ff. de V. O.* Vid. Gœdd. *d. L. n. 48. & ſeqq.*

An valeat ſtipulatio cui jocus ex parte alterius ineſt?

XI. Poſteriori caſu, ubi jocus non extrinſecus accedit ad Stipulationem, ſed ipſi Stipulationi à parte alterius ineſt, paulo aliter ſe res habet. Quid enim ſi ſtipulanti cuidam fundum, alter fundum promiſerit; Poſtquam verò ad traditionem perventum promiſſor modicum terræ, vix palmam manus exæquans, obtulerit ſtipulanti his verbis: *Ecce fundum, hunc intellexi:* aut ſi roganti donum nundinale aliquis promiſſione facta donaverit crembalum, **wenn einer einem eine Meſſe zugeſaget/ und nachmahls an ſtatt derſelben eine Maultrummel/ oder Pfennigs-Pfeiffe ſchencket/** an hac ratione liberabitur? Et liberari eundem puto, non ſolum quia fundus ex deſtinatione patrisfamilias ordinatur, *L. Locus 60. pr. ff. de V. S.* & modicus etiam locus minimaque fundi portio, gleba ſcilicet, fundus dici poſſit, ſi fundi animo eum habuerimus, cum non magnitudo fundum faciat, ſed noſtra affectio *d. L. 60.* quod idem etiam de dono nundinali, **von der Meſſe** verum eſt; Sed etiam quia promittens tantum alterum ludificari & jocoſe cum ipſo agere voluiſſe videtur. Add. *L. 23. ff. de S. U. P.* Zaſius *ad L. 80. ff. de V. O. n. 2.* Conf. Wiſſenbach. *ad d. L. 60. d. V. S.* Gœddeus *ad eand. Leg. n. 9.*

XII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [44] - 40

XII. Quod inprimis verum, si ex circumstantiis de animo jocandi constiterit: In obscuris enim aut ambiguis id sequimur, quod actum est, *L. 34. ff. de R. I.* aut si non appareat quid actum sit, id sequimur, quod in ea regione, in qua negotium gestum est, frequentatur, *d. L. 34. & L. si fundus 6. ff. de Eviction.* Vel si neque hoc appareat, id spectamus, quod vero si milius est, & plerumque fieri solet, *L. 114. ff. de R. I.* Aut denique si ne ultimum quidem liqueat, ad id, quod minimum est, redigenda summa est, L. *9. ff. de R. I.* L. *83. §. 3. de V. O.* L. *39. §. 6. ff. de Legat. 1.* Conf. Wissenb. *ad d. L. 9. ff. de V. S.* It. *Cap. 4. th. pen. & ult.* *Qua ratione hoc verum.*

XIII. Contrahitur Stipulatio, quemadmodum etiam omnis alius contractus, vel purè, vel sub conditione, vel in diem *§. 2. I. de V. O.* Si *purè*, sufficit modo constiterit de consensu. Quamvis enim etiam hoc casu nonnunquam quid accedere soleat contractibus, uti: scriptura, manus porrectio &c. hæc tamen omnia nihil addunt, vel detrahunt substantiæ rei, neque contractus ex iis substantiam capiunt, sed solummodo evidentioris consensus ac fidei majoris ergo adhibentur. Tiber. Decian. *Vol. 3. Resp. 64. n. 14.* Quoniam vero secundum receptos mores à promittentibus dextra manus invicem porrigi soleat, juxta proverbium: *En dextra fidesque*, dubium esse poterat: Quid se sinistra statuendum, utpote si duo sibi invicem quid promittentes manus sinistras conjunxerint? Et lusisse promittentes probabile videtur; Non quidem ac si sinistra manus per se vitiaret actum: hoc enim abunde satis refutari potest ex matrimonio ad Morganaticam contracto, de quo *integram disputationem* conscripsit Dn. D. Linke. Sed quia consensus perfectus non præcessisse videtur actum, sed potius ex joco ac lusu promissio facta, quod sinistræ manus porrectio, contra mores Gentium facta, quasi testatur, Conf. disp. Præsid. Dn. D. Strykio habita *de Manu Stipulat. & Porrect. c. 2. n. 37. seqq.* *Quomodo contrahatur stipulatio?* *An valeat promissio siniſtræ manus datione confirmata?*

XIV. Quod *conditiones* spectat, variæ contractibus adjiciuntur. Suntque illarum aliæ possibiles, aliæ impossibiles L. *2. & 3. ff. de Condit. & Demonstr.* Coppen. *Usu pract. Instit. Lib. 1. Obs. 129. §. 25. seqq.* Possibiles, quamvis jocosæ sint, indistin- *Conditio jocosa possibilis promissioni adjecta valet.*

distincte tamen admittuntur §. 4. *I. de V. O.* nec quicquam detrahunt validitati obligationis. Unde si inter epulas & convivia, nonnulli se obligaverint ad rythmos proferendos, in comestione jecoris / Wenn sie die Leber reimen wollen / quod usitatum hodie esse solet in epulis, quibus recreatio intenditur, quo ita eo major jocandi ansa vel occasio suppeditetur, nullum dubium est, quin obligatio hæc, tanquam honesta, valida sit, omnesque convivæ ad illam implendam obligentur.

Exemplum hujus in den Leber Reimen.

An qui non expresse consensit, in rythmis proferendis, tamen teneatur?

XV. Quæritur verò hoc casu, an ille, qui tale quid expresse non promisit, si nihilominus se reliquorum consortio adjunxerit, ad eandem conditionem implendam teneatur, Ob er auch reimen müsse? Quod affirmandum puto, quoniam approbando epulas, approbasse quoque videtur ritus hujusmodi epularum. Eandem itaque conditionem una cum cæteris subire debet, cum secundum naturam sit, ut qui lucrum amplectitur, onus ei annexum contemnere haud possit L. *un.* §. 4. *C. de Caduc. tollend.* L. 10. *ff. de R. I. & c.* 55. *Eod. in* 6to. Et vix est, ut ignorantia excusare possit, quem mos non lippis solum atque tonsoribus, sed & puerulis, fari inchoantibus notus, latere non poterat. Quid quod nemo ignarus debeat esse conditionis eorum, quibus se adjungit, L. 19. *ff. de R. I.* & L. 2. §. 43. *ff. de Orig. Jur.* ut adeo pœnam, quæ in reluctantem forte constituta est, æquo animo perferre necessum habeat.

An qui in distractione claviculæ des Ziehbeins *victus, teneatur?*

XV. Idem dicendum arbitror de joco, qui in consumtione gallinarum haud infrequenter adhiberi solet, ubi in distracta henda clavicula, *German.* des Ziehbeins / duo periclitantur, quis majorem partem claviculæ istius sit accepturus, in hunc finem, ut huic à succumbente proximis nundinis donum aliquod offeratur, daß er ihm eine Meße gebe; Neque enim hoc casu victus se ab hac promissione liberare poterit, dicendo: Es wäre nur Schertzweise oder zum Possen geschehen / cum certum sit, utrumque in casum succumbentiæ consensisse, ad certum aliquod donum exsolvendum; hinc fidem semel datam liberare conveniat *L. 1. ff. de Pact.* Etenim si donatio rei propriæ

priæ in alium sub conditione, sive illa ex fortuna, sive ex industria dependeat, collata, valet. Ddres *ad tit. ff. de Aleator.* cur non & idem de hac promissione dicendum?

XVII. Quantum ad Conditiones impossibiles, illæ non tantum stipulationem vitiant §. *10. I. de Inutil. Stipul.* L. *7.* & L. *53. ff. de V. O.* sed & quemlibet alium contractum. L. *1. §. 11. ff. de O. & A.* L. *31. ff. Eod.* Non quidem si negativè fuerint adjectæ: hæ enim pro non adjectis habentur, cum certum sit fieri non posse, quod factum nolebat alter. Dn. D. Stryk. *in Annot. Inst. ad §. 10. de Inut. Stipul.* Verum si affirmativè, utpote: *si cœlum digito tetigeris, si Viadrum ebiberis*; Neque enim quicquam serii hoc casu à partibus actum videtur, quin potius jocari ae ludere voluisse præsumuntur *L. An inutilis 8. pr. ff. de Acceptil. L. Cum hæres 4. §. 1. ff. de Stat. liber.* neque consensisse dici poterunt, quorum cogitatio hæc fuit, ut nihil agerent, nihilque præstarent; appositâ tali conditione, quam sciunt esse impossibilem *L. Non solum 31. ff. de O. & A.*

Conditio jocosa impossibilis vitiat contractum.

XVIII. Quod non solum de conditione naturâ impossibili verum est, verum etiam lege, utpote quæ contra bonos mores est, *L. Generaliter 26. de V. O.* Ad quam classem referendus casus ille non pueris tantum, sed & adultioribus frequentatus, ut pro exiguo lucello buccas inflent, aliisque os percutiendum præbeant, daß sie auffblasen. Nam licet hæc obligatio, ideo, quod volenti non fiat injuria L. *1. §. 5. ff. de Injur.* nec per ejusmodi alapam corpus frangatur vel destruatur, in tantum valeat, ut injuriarum actio cesset, de qua prolixior agendi locus erit, in *cap. 5. th. 20.* quatenus tamen turpitudinem quandam continet, & contra bonos mores est, haud dubie illicita est, *L. 79. §. 1. ff. de Jur. Dot.* Conf. Dn. D. Stryk. *in disp. de Alapa c. 3. n. 7.* & *seqq.* Quæ enim non nisi cum dedecore, cum dispendio famæ & existimationis nostræ possumus, turpia reputantur & impossibilia. *L. Filius 15. ff. de condit. Instit.* Gothofred. *ad d. L. 15.* Cui accedit, quod nemo membrorum suorum ita dominus sit, ut ea possit alteri commodare, ad usum inhonestum L. *Liber homo 13. pr. ff. ad L. Aqvil.* Zasius *ad d. L. 26. ff.*

Idem in Condit. Imposs. lege tali.

An quis possit se obligare ad buccas inflandas?

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [47] - 43

26. ff. de V. O. nec cuiquam liceat in proprium corpus sævire L. *fin.* §. *6. de Bon. eor. qui ante sent.*

Promissum ex tali causa non debetur.

XIX. Quod si itaque certum quid promissum alicui fuerit, ut inter ludicra & jocos alapis exciperetur, licet exceptus fuerit, non tamen necessariò promissum ipsi exsolvendum, nec ideo quisquam à Judice ad promissa implenda cogi potest. Reprobatus enim est in jure nostro hujusmodi contractus, nec, uti dictum, corpora sive membra nostra ad laborem inhonestum locari possunt. B. Brunnemann. *in Append. ad c. 4. de Reg. Jur. in 6to n. 122.* Et quamvis Covarruv. *ad d. c. 4. part. 2. §. 2. n. 5.* quoad moderatam mercedem, affirmativam hujus quæstionis defendat sententiam, nulla tamen ratio dari potest, cur à vulgatissima illa L. *26. ff. de V. O.* sit recedendum, postquam certum talem actum absque læsione honestatis perfici non posse. Vid. Ddres. *in c. 1. de Vit. & honest. Cleric. in 6to* turpiterq; illum accipere promissū, qui alapas perpessus est. Zasius *ad* L. *26. ff. de V. O.*

Sponsiones jocosæ, si non turpes, valent.

XX. Referri huc possunt Sponsiones, quippe quæ etiam sunt mutuæ, de re, cujus dubius eventus, stipulationes conditionales. Struv. *Jurispr. Forens.* L. *3. tit. 8.* §. 3. Et hæ igitur, si nihil in se contineant turpitudinis, subsistunt, utut jocosæ fuerint & delectandi causa institutæ, sponsoresque valide ex iis obligantur. Cujus jucundum exemplum exstat apud Franc. Pfeil. *Consil. 34.* quod recenset Wehner. *Observ. pract. voce* der Letzte: A. B. C. D. alle *Discipuli Jurisprudentiæ* und junge *Practicanten* / sind mit einander in einer *collation* gewesen / haben sich / nach gehaltenem Abendmahl / über dem Handwasser freundlich genöthiget / und einer vor dem andern nicht zugreiffen wollen. Indem hat A, als der Wirth / gesaget / wer der letzte wäre / solte einen Becher Wein austrincken / darinn sie alle gewilliget / und ist darauff zugegriffen worden / allein C hat gar nicht zugreiffen wollen / unter den andern aber ist D der letzte gewesen. Darauff gewettet und gefraget worden / welcher unter den beyden C und D die Straffe tragen solle. *Resp.* Nachdem C neben D und denen andern in das Recht / daß der Letzte einen Becher Wein trincken solle / gewilliget / Ob

Exemplum.

er

er denn wohl gar nicht zum Wasser gegriffen / so hat er doch nichts destoweniger die Straffe verwircket / und ist also den Becher Wein auszutrincken schuldig. Und dieweil er fürsetzlich und aus List nicht hat zugreiffen wollen / so schencke man ihm billich völler denn einem andern ein. V. R. W. Minus enim tribuere videtur, etiam qui nihil tribuit L. *7. §. 2. ff. de Tributor. Act.* & minus facit, etiam, qui nihil facit, L. *12. in fin.* L. *32.* L. *28.* L. *117. ff. de V. S.* Simile exemplum vid. in Contin. Besold. *Thesaur. Pract. Lit. W. n. 45. voc.* Wetten.

XXI. Cavendum tamen in his sponsionibus, etiam re- *Modo factæ*
creandi ergo initis, ne ab altera parte verba captentur, unusque *fuerint abs-*
aliter verba intelligat, quam ille cum quo sponsione contendi- *que captatio-*
tur. Hac enim ratione cum non possit dici, alterum consensisse, *ne verborum.*
nulla ipsum tenet obligatio. Exemplum hujus refert. Zahn. *de Mendac. Libr. 2. c. 85. n. 7.* ubi Sponsor dixerat: Was soll es gelten / ich kenne einen Stadtschreiber / der weder schreiben noch lesen kan. Quæ verba, cum propriè intellexerat alter, alter vero subdolè, non poterat inde sequi obligatio. Idem est, si quis spopondisset: daß er des andern Liebste wissen wolte / si scilicet alter eandem ipsi designasset. Cujus generis plura reticeo.

XXII. Confero me verò nunc ad Fidejussiones; Solent *Ad fidejussio-*
enim pro iis, qui promittunt, alii obligari, qui fidejussores ap- *nem requiri-*
pellantur *pr. I. de Fidejuss.* L. *1. §. 8. ff. de O. & A.* quos homi- *tur seria vo-*
nes accipere solent, dum curant, ut diligentius sibi cautum sit. *luntas fide-*
d. §. 1. I. de Fidejuss. Quapropter etiam dicuntur sponsio- *jubentium.*
num fideique vincula & firmamenta L. *9. §. 1. ff. de Suppell. legat.* Hæ fidejussiones ut subsistant, necessariò requiritur voluntas fidejubentium, disertis verbis explicata. Wesenbec. *in Paratit. ff. tit. de Fidejuss' num. 3.* Cum enim per stipulationem fidejussor constituatur: L. *5. §. 2. ff. de V. O.* L. *2. ff. pen. ff. de Administr. rer. ad civitat. pertin.* L. *Blanditus 12. C. de Fidejuss.* Stipulatio autem, quæ verbis fit, nisi habeat consensum nulla fit L. *1. §. 1. ff. de Pact.* L. *5. ff. de Transact.* consequens est, fidejussorem neminem constitui posse, qui in illud vinculum voluntariæ fidejusionis non consenserit, L. *si hæreditatem 32. verb. præsens quis rogatus fidejubeat. ff. Mandat.* L. *14. §. 6.*

verb. fidejussorem volentem dederit. ff. quod met. caus. Pacian. *de Probat. L. 1. c. 19. n. 70.*

An qui non solum pro summa, de qua rogatus, sed etiam alia quacunque fidejusserit, teneatur?

XXIII. Quod si itaque quis fidejubere pro aliquo in centum rogatus, responderit: se non solum pro hac summa, sed etiam pro alia qualibet re fidejussionem pro eo suscepturum, ille non obligatur, quoniam promissio hæc jocose videtur facta. Unde deficiente consensu, nulla est. *L. 3. §. 2. ff. de O. & A.* Chassan. *Cons. 52. num. 5.* Rutger. Ruland. *de Commissariis Part. 1. Libr. 5. c. 20. n. 311.* Conf. supra *th. 7. h. c.* Ut enim optime Varro *Libr. 5. de Latin. Lingv.* inquit: *Non spondet ille statim, qui dixit, spondeo, si jocandi causa dixerit, neque agi cum eo potest ex sponsu. Ita qvisqvis in tragœdia dixit: Meministine te despondere mihi gnatam tuam? quod sine sponte sua dixit, cum eo agi non potest ex sponsu.* Et quamvis aliàs, si fidejussor majorem summam, quam Principalis, promiserit, pro concurrente quantitate valeat obligatio, uti prolixè ex jure nostro probat Harprecht. *ad §. 5. I. de Fidejussor. num. 14. seqq.* hoc tamen tunc demum verum, si seriò fidejussor majorem summam promiserit. Tum enim utique habuisse videtur animum etiam ad minorem summam sese obligandi *L. 83. §. 3. ff. de V. O.* quod de eo, qui urbanitatis causa & jocose majorem quantitatem promisit, dici non potest. Hering. *de Fidejuss. c. 20. §. 33. num. 9.*

An puniendus fidejussor, qui joco negavit fidejussionem?

XXIV. Pertinet huc, si fidejussor, qui in præsentia aliorum, loco prorsus inopportuno, à creditore solutionis admonitus fuit, jocose ad conservandum forsan honorem, & existimationem suam, utque repelleret onerosum creditorem, fidem se suam interposuisse, fuerit inficiatus; Quamvis enim alias fidejussor, negans fidejussionem, si deinceps mendacii convincatur, privetur beneficiis, alias de jure fidejussori competentibus, *L. si dubitet 10. §. 1. ff. de Fidejuss.* ibique B. Brunnemann. *num.* 2. Hering. *d. l. c. 27. part. 1. n. 210.* Add. Carpz. *p. 2. const. 18. def. 6.* cum nemo debeat fructum ex eo consequi, quod nisus est impugnare *c. Ex eo 38. de R. I. in 6to.* & frustra legis auxilium imploret, qui in legem temere committit. *L. Papinianus 8. §. 14. ff. de Inoffic. testam. L. 5. §. fin. ff. de His, quæ*

ut

ut indign. L. *Auxilium 37. in fin. ff. de Minor.* Hoc tamen de illo, qui jocoſe inficiatus eſt fidejuſſionem, verum eſſe nequit, cum hic extra dolum ſit, Conf. *cap. 1. th. 29.* Unde jocus ſuus aut lubricum linguæ ipſi nocere non debet. L. *7. §. 3. ff. ad* L. *Jul. Majeſt.* Vincent. Caroc. *Dec. 46. num. 10. ſeqq.* Add. L. *48. ff. Mandat.*

XXV. Reſtat, ut circa Contractum Empti & Venditi, quædam adhuc diſpiciamus; Et primò quidem: Num venditor, ſi percontanti emtori, de morbis equi aut alius animalis, ſubridendo multos enarraverit morbos, ac paſſim per jocum finxerit, teneatur, ſi inter illos ſimul recenſuerit vitium, quò revera laboravit eqvus? Licet verò aliàs venditor, ſi revelaverit vitium, & de eo admonuerit emptorem, non teneatur L. *1. §. 1.* L. *13. pr.* L. *21. §. 1.* L. *39. ff. de Act. Empt. & tot. tit. ff.* de *Ædilit. Edict.* quin tamen hoc caſu, ubi non eo, quo, par erat, modo revelavit, ſed potius id egit, ne tot vitia, etiam falſa, recenſendo cognoſceret emptor verum vitium, obligetur, nullus dubito, *d.* L. *1. §. 1. in fin. ff. de Act. Empt.* Neque enim dolus malus abeſſe poterit ab eo, qui fallendi cauſa obſcure & inſidioſe loquitur, obſcureque diſſimulat, ut eleganter inquit Florentinus *in* L. *Ea. quæ commendandi 43. §. 2. ff. de Contrab. Emt.* neque emptori culpa aliqua imputari aut ſcientia obtrudi. Quis enim aut omnes equorum morbos, ad digitos numerare, vel cognoſcere brevi momento & explorare valet, quos arte & iniquiori prudentia impoſtores celare callide norunt? aut quis tandem ſemper Oedipus nunquam Davus, vel usque eo circumſpectus eſt, ut omnia ænigmata è veſtigio ſolvere, technas evitare, atque multijugas ſubleſtæ fidei hominum decipulas indemnis evadere poſſit? Vid. Rovenſtruck. *tr. de Ædil. Edict. Libr. 1. c. 3. n. 64.*

Num venditor, qui joco varios enarravit morbos interque hos etiam verum, teneatur?

XXVI. Ulterius & hoc hic disquiritur: An venditor, ſi emtori ridiculum pretium offerenti, aut, ut ſibi de re aliqua ad tempus fides habeatur, Petenti, reſponderit: *Age, redi cras, fide habendæ & fidem tibi habebo,* morgen gibt man zu borgen/ teneatur? Et non teneri eundem adveniente die craſtino ad fidem habendam, exiſtimo: Non ſolum, quia ironica ejusmodi locutio nullum

An venditor qui jocoſe de alteri fidem facit, teneatur?

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [51] - 47

nullum infert consensum, sed idem hoc casu sit, ac si nunquam se fidem habiturum dixisset venditor; Oldendorp. *Class. 4. Act. 1. Pract. 4. num. 7.* Verum etiam, quia imputandum hic emtori, quod sine causa credulus fuerit L. *Æquissimum 1. §. 2. ff. de eo, per quem fact.* ob quod merito culpandus. L. *Nimia 11. C. de O. & A.* Unde dum veritatem rei ex nimia securitate, stoliditate & ignavia, non sagacius indagavit, ejus circumstantias non sufficienter excussit, sicque in judicio formando, & assensu nimis præceps fuit, merito illi occini potest vulgatum illud:

Qui leviter crêdit, deceptus sæpe recedit.

Conf. B. Brunnem. *ad d.* L. *11. C. de O. & A.*

Cautela circa promissiones, quæ videntur jocosæ vel obscuræ.

XXVII. Ex quibus omnibus, cum prolixe satis appareat, ex joco, quà tali, quatenusque ipsam ingreditur promissionem, nullam nasci obligationem; sedulo cavendum est illi, cui, vel jocosa videtur alterius promissio, vel nimium generalis aut obscura, ut exploret animum promittentis certum, ejusque mentem claram ac seriam penitus indaget, ne alioquin obtentu joci, inanis postea non solum reddatur actio, sed risui insuper exponatur. Non inutile igitur erit, curare, ut vel exceptioni simulationis, aut rei non sic, sed aliter gestæ renuncietur, vel etiam expresse instrumento inseratur: daß ihm solche Summa nicht aus Schertz / sondern in Ernst und guten Wolbedacht/ wolwissentlich versprochen wäre. Confer. Dn. D. Stryk *in Colleg. Cautel. Contract. Sect. 1. c. 3. §. 8.*

CAPUT IV.
DE
JOCO CIRCA ACTUS
ULTIMÆ VOLUNTATIS.

I.

Transitus.

ABsolutis, præcedenti capite, modis, quibus interveniens Jocus vitiare solet actus inter vivos gestos vel non, promissorum memores, quam multifariam etiam in actibus ultimæ voluntatis jocus occurrat hoc capite videbimus.

II. Quem-

II. Quemadmodum vero in reliquis actibus jocus, nisi manifestus fuerit, non præsumitur ; Sic multo minus in ordinatione supremæ voluntatis præsumitur Testatorem jocari vel ludere voluisse. Agitur enim hic de re maxime seria, ad quam non nisi cogitatione mortalitatis aliquis perducitur ; Ecquis autem in articulo mortis constitutus immemor censetur divini timoris aut salutis æternæ ? *L. ult. C. Ad. Leg. Jul. Repetund. c. Sancimus 26. c. II. qv. 1.* Alciat. L. *1. Præsumt. 39.* utpote ubi judicio divino si proximum videt, & secundum Hieronymum, omnia, quidni etiam jocum? contemnit, dum se moriturum cogitat. Andr. Gail. L. *2. obs. 43. n. 2.* Menoch. L. *3. Præsmt. 5. n. 2. &* L. *4. præs. 39. n. 1.* Mascard. *de probat. Concl. 1079. n. 1.* Hyppol. de Marsil. *Pr. Crim. §. Diligenter n. 120.* August. Barbosa *Thesaur. Locuplet.* L. *2. cap. 51. Axiom. 12.* Dn. D. Stryk. *Vol. 1. disp. 5. de Effatis Agonizant. cap. 1. n. 10.*

Jocus in ultimis voluntatibus non facile præsumitur.

III. Attamen cum haud raro contingat, ut contra hanc præsumtionem aperte satis ex ipso verborum contextu, aliisque circumstantiis Testatoris animus jocandi eluceat, probarique possit, prolixius excutiendum, quid hoc in casu statuendum. Et quoniam ad Testamenti subsistentiam, illorumque, quæ in illo scripta, validitatem ante omnia requiritur voluntas Testatoris L. *1. ff. de Testam.* certum est, non valere dispositionem, quæ non nisi joco a Testatore facta. Etenim si ipse, ut valeret, voluisset, magis serio rem egisset, nec dicis gratia, quidquam protulisset. Unde si quis aliquem heredem se facturum *jactaverit*, non ea propter statim eum instituisse intelligendus est. L. *fin. ff. Qui testam. fac. poss.* Heredis enim institutio, quæ caput est & fundamentum totius testamenti §. *34. I. de Legat.* L. *1. §. fin. ff. de Vulgar. & pupill. Substit.* animo inprimis deliberato fieri debet. Et licet alias Princeps Legibus solutus dicatur, L. *31. ff. de* LL. in hujus tamen persona idem quoque receptum. *d.* L. *fin. ff. Qui test. fac. poss.* Add. L. *6.* C. *Eod.* ut proinde nec fisco competat jus hereditatem tali casu occupandi mortuo Testatore. L. *22. §. 2. ff. de Jur. Fisc.*

Hinc manifestò probandus.

Qui heredem aliquem facturum jactavit, non videtur eum instituisse.

IV. Eadem ratio est, si quis per Epistolam quendam he-

Idem est, si quis per

epistolam aliquem heredem vocasset.

dem suum vocasset; Nam nec huic exinde Jus quoddam ad hereditatem quæsitum L. *Epistola 52. pr. ff. de Pact.* Zasius *ad d.L. 52. n. 2. & 3.* cum epistola non sit modus efficiendi aliquem heredem, sed legitima ad hoc requiratur defuncti voluntas *L. 1. ff. de Hered. Petit.* L. 2. *pr. ff. Famil. Ercisc. L. 3. §. 2. ff. Pro Socio.* L. *130. ff. de V.S.* Neque plus præstare debeant literæ, quam sermo vel vox ore prolata, arg. L. *Non epistolis 13. C. de Probat.* Conf. *cap. 2. th. 4.* Multo minus actus operari, ultra intentionem agentium, arg. L. *19. pr. ff. de Reb. Cred.* Card. Tasch. *Pract. Conclus. 125. lit. A.* Carpz. *p. 1. Dec. 42. n. 15.* Barbos. *Thesaur. Locuplet. L. 1. cap. 25. Ax. 37.* quam hoc in casu non seriam fuisse, vel inde colligitur, quod juxta LL. requisita non fuerint facta.

Quod procedit etiam in militibus.

V. Quod procedit non solum in Paganis, verum quoque in Militibus. Quamvis enim his in Testamentis condendis plurima fere de rigore, quem alioquin LL. requirunt, sint remissa. *tot. lit. ff. & C. de Testam. Milit.* multaque subinde privilegia concessa; attamen ea, quæ de Jure Gentium ad Testamentorum subsistentiam requiruntur, omnino à Militibus quoque observanda. Dn. D. Stryk. *Annot. ad Instit. d. tit. ad pr.* Atque ita, utut ipsorum dispositio, qualiscunque etiam fuerit, pro testamento observetur; *pr. I. & L. 1. pr. ff. de Milit. Testam. L. Milites 15. & L. 1. C. Eod.* prius tamen est, ut de voluntate condendi testamentum seria constet, L. 24. L. *25. in fin. ff. Eod. §. 1. I. Eod.* cum non quid dictum scriptumve, sed qua mente aliquid dictum scriptumve sit, perpendi debeat *L. Ad exhibendum 19. ff. Ad Exhibend.* Harprecht. *ad §. 1. I. de Testament. Milit. n. 1.*

Declaratur hoc exemplo in militibus.

VI. Quod si itaque miles, ut plerumque sermonibus fieri solet, alicui dixerit: *Ego te heredem facio*, aut *bona mea tibi relinquo*, non oportet hoc pro testamento observari §. *1. I. de Testam. Milit. L. 24. ff. Eod.* Etenim nihil fere frequentius hominibus esse solet, quam merito alicujus provocati, jactabundo animo hoc vel illud proferre, & civiliter magis, quam ex animo loqui. Quapropter, ut verba Imperatoris

ex-

ex *d. §. 1. I. de militar. Testam.* addam, nullorum magis interest, quam ipsorum militum, quibus id privilegium datum est, ejusmodi exemplum non admitti ; Alioquin non difficulter post mortem alicujus militis Testes existerent, qui affirmarent, se audivisse dicentem aliquem relinquere se bona, cui visum sit, & per hoc vera judicia subverterentur. Facit huc *L. quod Favore 6. C. de LL. L. 25. C. eod. L. 3. §. 5. in fin. ff. de Carbon. Edict. c. Quod ob gratiam 61. de R. I. in 6to.* Hinc recte concludit Joach. Burgers *in Observ. Milit. Cent. 1. Obs. 45.* non valere, si milites in quotidiano colloquio vel inter pocula promiserint, in casum mortis res depositas fore Titii ; promissio enim illa magis ex ostentatione, quam seria quadam voluntate videtur profecta.

VII. Fiunt Testamenta *vel* scripto, *vel* sine scripto, nuncupata scilicet voce. Utrobique cavendum, ne verba injiciantur dubia vel ambigua ; alioquin cum non constet de mente Testantis, lusisse potius quam disposuisse perinde videtur Testator, pariterque est, ac si nihil penitus scripsisset *L. 73. §. 3. ff. de R. I.* Manz. *de Testam. Valid. & invalid. Tit. 3. qv. 6. n. 2. & 3.* Mantic. *de Conject. Ultim. Volunt.* L. 2. *tit. 15. n. 12.* Præprimis vero in testamento nuncupativo necessum, ut Testator verbis lingua figuratis utatur, daß die/ so Testament machen/mit verständlichen Worten reden. *Rec. Imper. de Anno 1512. Rubric.* von Testamenten §. *Item* es gehöret. Unde non valet, si quis gesticulationibus tantum & signis, quibus pueri jocando suam aliquando voluntatem exprimunt ; tangendo jam frontem, jam oculos, jam labia, jam digitos, jam aliud aliquod corporis sui membrum, indigitet, quem sibi cupiat heredem, cuive quid legatum velit : Sicut enim notæ in scriptura sunt fallaces ; sic quoque hujusmodi gesticulationes Manz. *d. L. tit. 4. Qv. 2. n. 51.*

Verba dubia infirmant instituionem.

Testam. Nuncup. gesticulationibus jocosis expressum non valet.

VIII. Quot aliquis in Testamento heredes scribat, nihil refert, siquidem libertati styli in ultima voluntate relictum pro lubitu in infinitum heredes facere. §. *4. I. de Hered. Instit.* Ex quo quærunt Dd. Liceatne valide omnes, quotquot in mundo

An omnes in mundo homines possint heredes facere.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [55] - 51

redes inſtituí?

do ſunt, homines, heredes inſtituere? Dicendum hoc foret juxta *d. §. 4.* niſi ibidem vox *Infinitum*, non pro multitudine incerta & quæ extremis caret, acciperetur, ſed pro numero indefinito, i. e. Legibus non determinato, quemadmodum accipitur *in* L. *68. pr. ff. de R. V.* L. *9. ff. de Solut.* L. *4. §. 2. ff. de in Lit. Jurand.* Quamobrem ludicra potius & deriſoria dicenda ejusmodi inſtitutio, quam valida & parum ſani hominis, quod nemo ſanæ mentis ad hunc modum facturus eſſet teſtamentum. Harprecht. *ad d. §. 4. n. 2.* Unde ſicut is, qui compos mentis non eſt, Teſtamentum condere nequit, & heredibus ab inteſtato hereditatem aufferre §. *1. I. Quib. non eſt permiſſ. teſtam. fac.* Sic quoque idem de tali homine dicendum.

Quid ſi ſanæ mentis homo ita inſtituiſſet?

IX. Quæritur autem, ſi homo ſanæ mentis vel ex joco, vel præmeditato conſilio, v. gr. aliquis Doctor Juris, qui libenter hanc quæſtionem deciſam videret, in ſuo Teſtamento omnes homines in mundo heredes inſtitueret, ea ſola de cauſa, ut poſt obitum ſuum hæc quæſtio diſputaretur & decideretur? Poſſet hoc caſu locus videri Fiſco vel Eccleſiæ, aut alii piæ cauſæ: Verum dubium ſic remanet, cui Fiſco hereditas ſit relinquenda: Neque enim apparet ratio, cur uni magis quam alteri ſit favendum, cum tamen omnes ſint inſtituti; niſi dicere velis, excluſis peregrinis, quod eſt contra *Auth. Omnes Peregrini C. Commun. de Succeſſ.* Imperatorem tanquam Mundi Dominum L. Ἀξίωσις *9. ff. ad* L. *Rhod. de Jact.* ſolum eſſe admittendum: quod, ſi Teſtator ſubditus fuiſſet Imperii, eo facilius procederet, arg. *Nov. 131. Cap. 9. in fin.* Aſt, quid ſi Teſtator expreſſe quoque Fiſcum vel Imperatorem excluſiſſet, & ita in Teſtamento ſcripſiſſet: *Heredes inſtituo omnes homines in toto mundo, & nolo ut hereditatem meam vel Eccleſia vel Fiſcus aut Imperator ad ſe trahat?*

Deriſoria videtur ejus modi voluntas.

X. Salvo judicio rectius ſentientium indiſtincte exiſtimo, invalidam eſſe nulliusque momenti ita factam inſtitutionem. Præterquam enim, quod deriſoria videatur ejusmodi diſpoſitio, exitum quoque habere non poteſt. Nam impoſſibile

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [56] - 52

bile penitus est, omnes ita institutos ad publicationem Testamenti convocare, & si tantum ii, qui in una aliqua provincia degunt, convocarentur, quanta, quæso, incommoditate, & majori fortassis sumtu, quam esset hereditas, hoc fieri deberet? Insuper si ad judicium sortis confugere vellemus, qua ratione appareret, quot ex tanto numero, & cur unus potius, quam duo, duo quam plures aliquid reportare deberent. Ut adeo ad hæc incommoda evitanda, melior videatur sententia, quæ Testamentum hoc casu nullum pronunciat, heredibusque ab intestato locum relinquit. Vid. Manz. *de Testam. Valid. & Invalid. Tit. 6. qv. 11. n. 19. seqq.*

XI. Adjiciuntur heredis institutioni sæpissime conditiones §. *9. I. de Hered. instit. & tot. tit. de Condit. Instit.* quæ cum ridiculæ nonnunquam sint, quid operentur, videndum. Referimus autem huc potissimum conditiones impossibiles, quas majoris distinctionis ergo, triplices hac vice constituimus: Sunt enim *aliæ* natura impossibiles, *aliæ* de facto impossibiles, & *aliæ* de Jure impossibiles. Vid. Manz. *d. l. Tit. 7. Qv. 2. num. 4. seqq.* *Heredis institutioni adjici possunt conditiones.*

XII. *De facto impossibiles* dicimus, quæ in genere quidem sunt possibiles; unde aliàs quoque ad possibiles referri solent, de facto imde facto tamen respectu ejus, cui injunguntur, plane vel pene sunt impossibiles. Hæ si adjectæ fuerint institutioni, tanquam non completæ, corrumpunt institutionem; Videtur enim Testator ad illas animum suum adstrinxisse L. *cum heres 4. §. 1. ff. de Stat. liber.* præprimis cum non tam impossibiles, quam difficiles censeantur hujusmodi conditiones *L. 55. ff. Famil. Erciſc.* Inde si homo octuagenarius heres instituatur, *si post 50. annos monumentum fecerit Testatori*, ille heres non erit: Uti nec servus libertatem consequitur, qui sub illa conditione manumissus, *si heredi millies dederit, d. l. 4.* de cujus conditionis quantitate lege Gothofred. *ad d. l. tit.* L. Idem est, si homo podagricus, cujus nec pes, nec manus officium suum faciunt, heres scriptus, *si quotidie per horæ spatium saltando se exercuerit:* Hujusmodi enim casibus difficultas rei præstandæ non impedit *Conditiones de facto possibiles vim instituunt institutionem. Exempla.*

pedit iplam obligationem L. *Continuus 137. §. illud. 4. ff. de V. O.*

Condit. natura impoſſibiles pro non ſcriptis habentur.

XIII. Quantum ad conditiones *naturaimpoſſibiles*, v. g. ſi quis cœlum digito tetigerit §. *11. Inſt. de Inutil. Stipul.* ſi quem non moriturum præſtiterit. *L. 8. C. de Contrah. Emt.* illæ non vitiant perinde inſtitutionem, quemadmodum contractus vitiabant L. *Non ſolum 31. ff. de O. & A.* Vid. *ſupra Cap. 3. th. 17.* ſed pro non ſcriptis habentur §. *10. I. de Hered. Inſtit.* L. *1.* L. *6.* L. *20. ff. de Cond. Inſtit.* L. *3. ff. de Condit. & Demonſtr.* Idque non odio Teſtatoris, utpote, cujus omnium maxime intereſt, ut habeat ſucceſſorem, L. *6. pr. ff. de Interrog. in Jur. fac.* §. *2. I. de Bonor. Poſſeſſ.* cum dedecus ſit, ſine herede decedere §. *2. I. Quib. ex cauſ. manumit. non lic.* ſed favore ultimarum voluntatum L. *12. ff. de R. J.* Gomez. *Tom. 1. Variar. Reſol. Cap. 12. num. 67.* quæ ut exitum habeant, publice præſertim intereſt. *L. 5. ff. Teſtam. quemadm. aper.* L. *1. pr. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtat. Nov. 22. c. pr.* Quid quod heredi, cui talis conditio adſcripta eſt, nihil poſſit imputari, ut adeo nec pœnam ſuſtinere debeat. Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. Diſp. 13. th. 6. lit. F.*

Quod procedit in omni ultima voluntate.

XIV. Quod non ſolum in heredis inſtitutione obtinet, ſed etiam in quilibet alia ultima voluntate, L. *45. ff. de Hered. inſtit.* uti legato, L. *12. §. 1.* L. *104. §. 1. ff. de Legat. 1.* L. *5. §. 4. ff. Quando dies legat.* Fideicommiſſis & libertatibus. §. *10. I. de Hered. Inſtit.* In genere enim, quoties impoſſibilia in teſtamentis ſcripta, toties explicantur in favorem illorum, quibus adſcripta ſunt. L. *Obtinuit. 3. ff. de Condit. & Demonſtr.* idque ſive heredi ſive Legatario fuerint adſcripta §. *ult. I. de Legat.* Nam non præſumitur Teſtator, dum in tali actu occupatus eſt, ubi donat & liberalitatem exercet, fruſtra aut non ſerio quid egiſſe. Donell. *l. 6. Comment. Jur. Civil. c. 18.* Unde ineptitudo adjectionis τῆ ἀδυνάτῳ per incogitantiam, aut ob quidvis potius, quam ut irritum ſit, quod diſpoſitum, eſt excuſanda. *L. 1. ff. de Condit. Inſtit.* Add. L. *Hac conſultiſſima 8. C. qui teſtam fac. poſſ.* Quorſum ſpectant elegantia verba Bonacinæ *D. 3. queſt. 1. p. 4. num. 10. de Reſt. & Contr. In ultimis voluntatibus*

tatibus jus voluit conditionem impossibilem haberi pro non adjecta, quia cum mortuo Testatore colligi non possit, an joco *an serio illam apposuerit, pro non adjecta haberi voluit, ut lites, quæ inde potuissent suboriri, tollerentur, & ut judicaretur, in favorem actus, quem constat factum fuisse, sed nescitur, qua intentione; In aliis vero contractibus non habetur pro non adjecta, quia denuo possunt celebrari voluntate contrahentium.* Quæ verba refero ex Disp. sub Præsid. Dn. Ern. Frid. Schroter. habita *de Impossibilis in Contractibus th. 42. in fin.*

XV. Idem juris est in conditionibus *Lege seu jure impossibilibus*, de quibus in genere inquit Marcianus JCtus in *l. 14. ff. de Condit. Instit.* quod conditiones contra Edicta Imperatorum, aut contra Leges, aut quæ Legis vim obtinent, vel quæ contra bonos mores sunt, vel *derisoriæ*, aut hujusmodi, quæ Prætores improbaverunt, pro non scriptis habeantur, ac proinde hereditas vel legatum capiatur, ac si conditio adjecta non fuisset. Add. L. *Filius 15. & L. 9. ff. Eod.* L. *16. in fin. ff. de Injust. rupt. & irrit. l. 20. ff. de Condit. & Demonstr. l. 20. §. 2. ff. de Testam. milit. l. 2. §. 44. ff. ad SCt. Tertull.* Absurdum enim videtur in actu testandi, quem maxime serium gravemque esse conveniebat, ita petulanter per inanes clausulas hominibus illudi: Unde *ineptas ejusmodi hominum voluntates* non tenere heredem implere, prudenter suo tempore scripsit Papinianus *l. Servo alieno 113. §. 5. ff. de Legat. 1.* *Condit* Lege impossibiles *quoque pro non scriptis habentur.*

XVI. Exstant harum conditionum varia in Jure nostro Exempla. Ita in L. *Medico 40. §. 2. ff. de Aur. & arg. leg.* mulier decedens ita Testamento suo caverat: *Funerari me arbitrio Viri mei volo, & inferri mihi, quæcunque sepulturæ meæ causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & virtolas ex smaragdis.* Quæritur utrum hæc voluntas post mortem servanda? Et certe negatur, cum non oporteat ornamenta cum corporibus condi, nec quid aliud hujusmodi, quod homines simpliciores facere solent. *l. 14. §. 5. ff. de Relig. & sumpt. fun.* qui ad id singulari superstitione ducuntur, quæ tamen imprimis *Ita si Mulier jusserit, ut*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [59] - 55

mis vitanda. *arg. l. 30. ff. de Pœn.* Conf. B. Brunnemann. *ad d. l. 14. ff. de Relig. & Sumpt. fun. n. 11.* Etenim sumtuositas nimia vivis nocet, mortuis haud prodest, quippe, qui nulla re amplius indigent,& vel amiculo ferali, vel fasciis linteis sunt contenti. *Eccles. 5. vers. 14. Joh. 1. v. 12.* Carpzov. *Jurispr. Eccl. l. 2. def. 392. n. 15.* Ubi tamen *in fine* monet, hac in re personis illustribus, & honoratioribus ex more recepto aliquid quandoque indulgendum.

Item *si quis pecuniam sibi inferri mandet.*

XVII. Par ratio est, siquis pecuniam sibi inferri præcepit,nam prohibitum hoc est principalibus Constitutionibus, *l. 4. §. 6. ff. ad* L. *Jul. Peculat.* forsan, quia in funeribus exornandis faciliores quandoque deprehenduntur homines. Idem est, si quis in suo Testamento sub hac conditione scripsisset heredem, *si reliquias sui corporis in mare abjecerit:* Utut enim non paruerit huic conditioni heres, nihilo tamen minus ab hereditate repellendus, quin laudandus potius, quam accusandus, quod conditioni adscriptæ non satisfecerit, juxta *l. 27. pr. ff. de Condit. Instit.* Sunt enim casus, ubi spernere licet voluntatem defuncti,eamque pie non servare, uti videre est ex *l. 3. §. 4. ff. de Administr. Tutor. l. 5. §. 9. ff. Eod. Nov. 22. Cap. 43. in fin.* Vid. *Gloss. ad d. l. 27. ff. de* Condit. *Instit.*

Vel *si jubeat ut corpus suum in mare abjiciatur.*

Resolvitur L. 55. ff. de Condit. & Demonstr.

XVIII. Neque his obstat, quod in L. *Mevius 55. ff. de Condit. Demonstr.* conditio in mare projiciendi nummos apposita, videatur implenda; Multum enim interest inter pecuniam, & inter reliquias hominis. Pecunia siquidem, ubi recondatur, parum refert; Licet etiam hujus in mare abjectionem à Magistratu prohibendam non absurde putaverim, arg. §. *fin. I. de his, qui sui vel alien. juris.* Add. Dn. D. Stryk. *Disp. de Abus. jur. Quæs. cap. 1. num. 69. seq.* Homines vero testandæ immortalitatis causa, cujus nota est sepultura, Cicero L. *1. Tuscul.* sepeliri solent.Inde ipsa sepulchrorum monumenta atque elogia, quid aliud significant, quam nos etiam futura cogitare? Cicero *l. 3. de Finibus.* Ex hac enim morum affectione, memoriaque humanæ conditionis, testamenta, commendationesque morientium natæ sunt. Gothofred. *ad l. 27. pr. ff.*

pr. ff. de Condit. Instit. lit. A. ubi notat verbum *commendandi*, quod habetur in *l. 14. §. 4. ff. de Relig. & Sumpt. fun.* ad sepulturam referendum esse.

XIX. Pertinet huc ridiculus ille casus, quem refert Paul. de Castro, *in d. l. 27. de Condit. Instit.* de Doctore quodam Paduano, qui in suo testamento mandaverat, *ut corpus suum ad tubis ad sepulturam duceretur cum tubis, & ut celebrarentur nuptiæ, utque uxor indueretur pannis rubeis*, alioquin eam privatam vellet hereditate. Qui casus, quæque dispositio, cum oppidò inepta esse intelligatur, non aliam merebitur decisionem, quam ex *d. l. Servo alieno 113. §. fin. ff. de Legat. 1.* ineptas defunctorum voluntates circa sepulturam non valere. Quamvis enim Paul. Duran. *tr. de Condit. & mod. impossib. part. 3. cap. 1. num. 6.* non ex eo fatuam judicandam esse hanc dispositionem censeat, quod cum tubis funus fieri Testator jussisset, cum consentiente jure cadavera defunctorum ad sepulturam deferri debeant, cum sonis atque cantibus psallentium *c. Qui divina & c. Ubicunque c. XVII. qv. 2.* Alexander *in l. 22. §. 7. ff. solut. matrim.* sufficit tamen, quod ex moribus regionis hoc sit derisorium, contra quos & receptam consuetudinem laborare ac anniti velle, contra stimulum esset calcitrare. *Quid si quis mandet, ut sepulturam utque uxor indueretur pannis rubeis vestibus?*

XX. Plura hujus generis exempla in medium adducere possem, si illa cumulare hic placeret. Sic quoque illa Eumolpi apud *Petron.* institutio huc posset referri: Omnes qui ex testamento meo legata habent, præter liberos meos, hac conditione percipient, quæ dedi, *si corpus meum in partes conciderint, & adstante Populo comederint*: Uti non minus illa Tiresiæ apud Horat. *l. 2. Satyr. 5. vers. 84.* narratio: *Alia Exempla.*

Me Sene, quod dicam, factum est, Anus improba Thebis
Ex testamento sic est elata: Cadaver
Unctum oleo largo nudis humeris tulit heres,
Scilicet elabi si posset mortua &c.

Verum cum eadem his casibus obtineat decisio, sponte horum narratione supersedeo.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [61] - 57

An quod de conditionibus impossibilibus dictum hodie adhuc obtineat?

XXI. Illud adhuc hoc loco monendum duxi, quod, cum doctrina Juris Romani, conditionem scilicet turpem & impossibilem non vitiare Testamentum, ratione sit subnixa, non indulgendum sit autoritati illorum, qui moribus hodiernis eam sublatam dicunt, ac institutionem aut legatum per ejusmodi conditiones vitiari contendunt, inter quos sunt Hug. Grot. *L. 2. Jur. Holland. cap. 18. n. 33.* Grœnweg. *de LL. Abrog. ad §. 10. I. de Hered. Instit.* aliique. Neque enim ratio, quam ad hoc evincendum adducunt, satis prægnans est & concludit: Concedamus namque, quod hodie ultimas voluntates interpretemur ex maxime probabili mente Testatoris: Testator autem illudere potius heredi videatur, quam instituere eum velle, adjiciens id, quod nullo modo fieri potest, nonne & hoc perinde Veteres considerarunt, nonne *illis* eadem ratio constitit? Demus, ingenii Testatorem *solutioris* & ridiculi fuisse, ut in extremus *jocari voluerit*, quid opus est inde magis hodiè, quam *olim colligi*, quod actum testandi totum destruere voluerit? Neutiquam igitur fides adhibenda hujusmodi Legislatoriæ autoritati, quam sibi arrogant, qui Jus Romanum Praxi mutatum, sæpe non ex Populorum statutis, aut constantibus Curiarum præjudiciis, qualia tamen hac in re nulla proferuntur, verum ex suo arbitrio & analogia simplicitatis forensis, quam sibi perspectam credunt, inculcant: Standum potius Jure Romano, quatenus non probatur sublatum. *L. 27. C. de Test am.*

Legatum Generis quando derisorium.

XXII. Et sic ultimo de Legato generis, paucis quoque dicendum; Etenim & hoc interdum *derisorium magis est, quam utile*, quæ verba sunt Ulpiani in L. *Si domus 71. pr. ff. de Legat. 1.* Non explico verò hic, quo sensu JCtis nostris veniat Genus: Dupondiis enim idipsum non incognitum, aliasque tradi solet à Dd. *ad §. 22. I. de Legat.* Hoc duntaxat hic volo, quod si legatum generis Juridici ex natura sua non habeat certam determinationem, sed tantum ex voluntate aut facto hominis dependeat, *illud* ridiculum potius sit, quam utile: Poterit enim ad quamvis rem vilissimam redigi. Inde non solum

lum *animalis* legatum otioſum eſt, verum etiam *fundi*: Nam ſingula prata, ſingulæ vineæ, ſinguli horti, ſingula oliveta, pomaria, ſaliceta, arbuſta, paſcua, nemora, aucupatoria, venatoria, piſcatoria loca, fundi omnes appellari poſſunt, ut docet Valla *L. 6. Eleg. 41.* Quin etiam *domus* legatum huc ſpectat L. *24. §. pen. ff. de Legat. 1.* & doni nundinalis, die Meſſe/ de quo vid. ſupra *cap. 3. th. 11. & 12.* Quanquam ſi Teſtator plures merces, domos aut fundos habens, ſimpliciter legaverit fundum, domum, aut donum nundinale, utique ex iis unum deberi legatario, admodum civile dictu ſit, de quo Vid. *d. L. 71. pr. ff. de Legat. 1.* Vinn. *ad Inſtit. §. 22. I. de Legat. n. 3.* Add. Dn. D. Stryk. *Annot. ad d. §. 22. I. de Legat.*

XXIII. Quamvis autem priori quoque caſu, ſi nullum fundum, nullasve ædes habuerit Teſtator, ex æquitate Juris Canonici, atque veriſimili mente defuncti, ſimplex harum rerum legatum ſuſtinendum, & pro modo facultatum ejus, dignitate ac charitate vel neceſſitudine legatarii ſtatuendum, quales præſtari debeant, contendat Ant. Gomez. *Tom. 2. Variar. Reſol. cap. 11. n. 11.* eamque ſententiam moribus receptam ex Grot. *d. L. 2. c. 22.* referat Vinn. *d. n. 3. in fin.* Qua ratione idem quoque de promiſſione fundi dicendum foret, de qua ſupra egimus *cap. 3. th. 11.* Dubito tamen iterum an Praxis hæc ubique ſatis probata, & annon potiùs Juri Civili inhærendum. Unde non aliter admitto hanc opinionem, quam ſi ex legato vel promiſſione conſtet, arbitrium boni Viri reſpexiſſe Teſtatorem vel promittentem. v. gr. Wenn einem eine *diſcretion* vermachet oder verſprochen: Hoc enim caſu competentibus actionibus ad repromiſſi emolumentum jure judiciorum pervenire liceret. *L. 3. C. de Dot. promiſſ. L. 43. ff. de Legat. 3.* Add. B. Brunneman. *ad d. L. 3.* *Et annon hodie ſit utile?*

CAP. V. & ULT.

De JOCO CIRCA DELICTA.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [63] - 59

I.

Transitus. RESTAT, ut nunc ultimo de delictis quoque pauca in medium proferamus, ibique effectum jocorum consideremus. Notandum vero in horum frontispicio, Delictum non accipi hoc loco in significatu strictiori, prout nimirum contradistinguitur Crimini, ut *in l. 2. §. 8. C. de J. V. E. l. 17. §. 18. ff. de Ædil. Edict. & l. 131. ff. de V. S.* sed in latiori, quatenus scilicet tam crimen publicum, quam delictum privatum sub se comprehendit *l. 1. l 5. §. fin. ff. de Pœn. l. 3. ff. ad SCt. Turpillian.* Quo sensu nobis est omne turpe factum contra LL. Reip. distinguiturque in Jure nostro in *publicum* & *privatum*, de quo plena manu agunt Dd. *ad pr. I. de Oblig. quæ ex delict.*

An qui jocorem abstulit furtum committat?

II. Quod itaque primùm attinet delicta privata, recensentur illa ab Imperatore *pr. I. de Oblig. quæ delict.* Inter quæ cum primum locum habeat FURTUM, nos quoque illud primum considerabimus: Quamvis autem hoc gravissimam constitutam habeat pœnam, tam Jure Civili, *§. 5. I. d. t.* L. *1. §. 3. ff. de Public. & Vectigal.* quam Jure Carolino, *Constit. Crim. Art. 157. seqq.* ab illa tamen immunis est, qui jocose furtum commisit. Farinac. *Prax. Crim. part. 7. de Furt. Qu. 174. n. 16.* Quoniam ubi non est animus furandi aut lucrum percipiendi, ibi furtum non committitur, arg. *§. 1. Inst. de Oblig. quæ ex delict.* nam maleficia propositum & voluntas delinquendi distinguit. L. *Qui injuriæ 53. pr. ff. de Furt.* Menoch. *Cons. 1197. num. 11.* Carpzov. *Prax. Crim. Qu. 80. num. 7.* Modo tamen hoc casu probaverit ille, qui aliquid abstulit, se joco rem contrectasse: In dubio enim ex re ablata animus lucrifaciendi colligitur Farin. *d. l.* etiamsi in domo amici res fuerit ablata *C. 1. X. de Præsumt.* Bonifac. *de Furtis §. Amico lucrifaciendi n. 13.*

Declaratur Exemplo.

III. Ex quo patet, Studiosum, si amico aut commilitoni suo, ut interdum fieri solet, librum, gladium, pileum aut quamcunque aliam rem vexationis aut lasciviæ causa abstulerit, furtum non committere, quia hic non factum, sed causa faciendi inspicienda. L. *Verum est 39. ff. de Furt.* ibique Gothofr.

lit. D.

lit. D. Causa autem faciendi, vexatio fuit, aut jocus, non animus luerifaciendi. Schneidewein. *ad* §. *11. I. de Oblig. ex delict.* Harprecht. *ad §. 1. I. d. t. nnm. 24.* Conf. Dn. D. Muller. *Disp. de Calor. Juvenil. Sect. 5. th. 10.* Quod tamen de vulgari illo in Academiis usitato contrectandi genere, quod vulgo *promovi-lud contre-* dicunt, indistincte asserere nolo: Hoc enim procul dubio *ctandi,* das furtum est, præprimis si talis res sit promota, qualem haud fa- promoviret cile dominus amitteret, aut subtrahi concederet, nec causa ali- *sit furtum.* qua probabilis consentiendi allegari posset, v. g. Wann einer einem ein *Collegium promoviret* / quod tamen summa ope conscripserat alter. Vid. Harprecht. *ad d. §. 1. I. de Oblig. quæ ex delict. num. 14. in fin.*

IV. Par ratio est in eo, qui panno rubro delectandi ergo *Proponuntur* fugavit pecus, L. *50. §. fin. ff. de Furt.* aut nummos alteri ex- *alia Exem-* cussit. Etenim si per lasciviam & jocum hoc fecerit, non da- *pla.* ta opera, ut furtum committeretur, furti actione non tenetur. §. *11. I. de Oblig. quæ ex delict.* Quamvis ne impunita maneat hæc delectatio, & lusus adeo pernitiosus, qui non meretur lusus dici, L. *10. ff. ad* L. *Aquil.* actio in factum locum habeat, ad res amissas iterum restituendas, *d. §. 11. &* L. *50. §. fin. ff. de Furt.* Imo si pecora præcipitata fuerint, vel ita res perierit, ut ad aliquem pervenire non possit, utilis actio damni injuriæ, quasi ex Lege Aquilia dabitur, ut inquit Cajus *in* L. *Nam et. 51. ff. de Furt.* Add. §. *16. I. ad* L. *Aquil.* L. *27. §. 21. ff. Eod.* L. *14. §. 2. ff. de Præscript. Verb.* L. *55. in fin. ff. de A. R. D.*

V. Furtum excipit Injuria. Neque enim in reliquis de- *Qui joco* lictis quicquam monitu dignum invenio. Ab hac immunis *quid dixit vel* est, qui non ex proæresi, & affectu injuriandi, sed potiùs animo *fecit, non te-* jocandi, quid dixit aut fecit. L. *Illud relatum 3. §. 3. ff. de Injur. net ur inju-* L. *Si non convitii 5. C. Eod.* Consistit enim injuria in affectu *riarum.* facientis *d. l. 3. §. 1.* L. *34. pr. ff. de O. & A.* neque sine consilio & mente conflari potest L. *5. §. 1. ff. de* L. *Aquil.* Petr. Gregor. Tholos. *Syntagm. Jur. Univers. L. 38. cap. 2. num. 2.* Ita tamen ut si dicta vel facta per se sint contumeliosa, & injuriam inferant, non liberetur aliquis dicendo: *se hoc joco fecisse vel dixisse, Cui hoc ea-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [65] - 61

Su probatio injungenda.

arg. *c. 1. X. de Præsumt.* verum probare debeat, animum injuriandi abfuisse. Farinac. *Prax. Crim. P. 3. qv. 105. n. 127.* Præsumitur enim dolus & animus delinquendi in illo, qui in re illicita versatur. L. *Si non convitii 5.* C. *de Injur.* Berlich. *P. 5. Concl. Pract. 60. num. 1. seqq.* Gail. L. *2. Obs. 106. num. 1.* Ut adeo, si ex circumstantiis animus injuriandi sit dubius, purgatorio juramento locus sit. Carpzov. *P. 4. C. 42. Def. 9.* Harpr. *ad pr. I. de Injur. n. 11. & 12.* Petr. Gregor. Tholos. *d. cap. 2. num. 3.*

Quotuplex injuria.

VI. Quod ut plenius pateat, cum omnis injuria, aut re dicatur fieri, aut verbis, in *§. 1. I. de Injur.* primo *Reales* considerabimus, post *verbales* injurias. Realis varie committitur, potissimum re vel facto, quod ad alterius contumeliam tendit. *§. 1. I. de Injur. &* L. *1. §. 1. ff. Eod.* Huc referenda videbatur consueta Venatorum pœna, quam sustinere coguntur illi, qui de rebus venatoriis paulum crassius loquuntur, vel non usitatis ipsis loquendi formulis utuntur, Wenn einer das Weidmesser zu versuchen bekömmt; Verum cum hic deficiat finis injuriarum, ut scilicet contumelia fiat alteri, sine quo animo nunquam injuriam committi, modo diximus, extra dubium est, injuriarum actionem non habere illum, qui ita à Venatoribus est percussus. Besold. *Thesaur. Pract. lit. W. n. 35. voc.* Weidmesser schlagen. Imputet enim sibi, quod se immiscuerit rei ad se non pertinenti, *c. 19. de R. I. in 6to. L. 36. ff. Eod.* i. e. cujus est ignarus & imperitus; L. *9. §. 5.* L. *19. §. 5. ff. locat.* L. *8. §. 1. ff. de* L. *Aquil. §. 6. I. Eod.* Quid quod Venatores suo jure sint usi, unde non videntur injuriam intulisse. *l. Nullus 51. ff. de R. I. &* L. *129. Eod.* Formulas Venatorum consuetas tradit. Ahasv. Fritsch. *in Append. ad Besold. lit. W. n. 10.* voc. Weidwercks Wörter.

An injuriarum agere possit, qui cultro venatorio percussus?

An qui in exercitiis tormentorum à scopo aberravit?

VII. Eadem decisio obtinet, quando quis in exercitiis tormentorum vel balistarum à scopo aberravit. Wenn einer im Stahlschiessen die Sau bekomt/und gepritschet wird. Nolden. *de Stat. Nobil. C. 13. n. 83.* Hinc ita in Curia Provinciali Saxonica pronunciatum fuisse, weil es nur aus Verirerey geschehe,

geſchehen/refert Richter. *cent. reg. Jur. reg. 2. n. 64. p. 54.* Ni- *vit, ſi quoque*
ſi tamen in Regione hoc fieret, quæ moris hujus neſcia eſſet; *ideo percus-*
Mores enim Provinciarum omnino hic attendendi, *l. 9. ff. de ſus?*
Extraord. Crimin. l. 34. ff. de R. I. Alex. *l. 2. Conſ. 203. n. 3.* Aug.
Barboſa *in Theſaur. Locuplet. l. 11. c. 52. Axiom. 1.* Nam non
ubique hic mos frequentatur, ſed alicubi locorum duntaxat
ſolent illi, qui aberrant à Scopo, à Scurris verſicolori veſtitu
indutis, quos Pritſchemeiſter vocant, flagro quodam ligneo
vel tabella in natibus percuti. Quem morem à Romanis an-
tiquioribus ad Germanos dimanaſſe vult Draco *de Jur. Patri-*
cior. Libr. 1. cap. 11. in fin. p. 80. Antiquitus enim Romani poſt
convivia ſimili fere modo luſerunt, aſtragalos in ſcrobem ja-
cientes, corpore prius in gyrum verſo: Quod ideo fieri ſo-
lebat, ut ſpiritus animales commoti, jacientem facilius à ſco-
po declinare facerent, & qui extra ſcrobem aſtragalum forte
projeciſſet, à Scurra ferula percuteretur.

VIII. Pertinet huc notiſſimus ille *Depoſitionis Acade-* *An Studioſi*
micæ ritus, quo jam primum in Academiam venientes explo- *ob exagita-*
rantur, & numero Beanorum, ſit venia verbo, eximuntur: Nam *tiones in De-*
licet hic varie exagitentur novitii Studioſi, nulla tamen hinc *poſitione?*
infertur injuria, cum omnia non ſolum joco fiant, ſed totus
actus ad honeſtum tendat finem, ut ſcilicet mores mutentur,
& impoſterum vita honeſte geratur, *l. 5. §. ult. ff. ad l. Aquil.*
l. Item apud Labeonem 15. §. 38. in fin. ff. de Injur. Res ipſa ab
Athenienſibus originem traxit, quæ urbs olim ſola velut to-
tius orbis Academia fuit, quemadmodum ex Gregor. Nazi- *Depoſitionis*
anzeno *in Orat. Funebri Baſilio Magno habita* patet. Memo- *Academicæ*
rat enim ætate illa, ante annos mille trecentos fere & quod ex- *origo.*
currit, veteranis jus fuiſſe in Scholaſticos novos, eos omni-
bus ludibriis exagitandi; eo fine, ut elatio ſpiritus & animi
in novitiis illis reprimeretur, moxque ab initio tractabilio-
res ad omnem ſubjectionem redderentur. Poſt aliquod de-
mum tempus deducebant eos per publicas plateas, varie ad-
huc exagitatos, ad publicum balneum: ibique ablutos re-
ducebant, tanquam à barbarie jam emendatos, honorifica

pompa

pompa Scholam versus, ubi à Magistris obviam venientibus excipiebantur, & in Scholis introducebantur. *Hæc ibi* Vid. Comen. *in Encyclopæd. viva pag. 492. & seq.*

An Tyrones, in absolutione exagitati, injuriarum agere possint?

IX. Non dissimiles sunt huic ritui solennitates & ceremoniæ, quibus in absolutione Tyronum uti passim solent Opifices, wenn sie nemlich einen zum Gesellen machen / quasque per vocabula schleiffen / höfelen / & nescio quibus aliis exprimunt verbis, uti patet ex singulari exemplo, quod refert Dn. Reichenbach. *Dissert. Inaug. de Statut. cap. 4.* in causa M. S. Trechßlersgesellens contra die sämbtlichen Trechßlersgesellen / ubi Actoris petitum in hoc consistebat; Er hätte sich von seinen Gesellen-Jahren lossprechen lassen / und wäre nun übrig daß die Gesellen ihn auch *absolvireten* / und Handwercks-Brauch nach hobelten / und einer einen Pfaffen agierte / erwehnte Gesellen aber wolten das nicht thun ꝛc. Ad quod excipiebant Rei: Es wäre itzo kein Gesell nicht da / der solches verstünde / und würden wol 4. Personen darzu gebrauchet / zu dem müste einer eine lange Predigt thun / und wenn sie es nicht recht machten / würden sie von den Zusehern ausgelachet; sonsten wäre auch bräuchlich daß dem Pfaffen es etliche Wochen zuvor gesaget würde / daß er sich könte darauff geschickt machen ꝛc. Ex quibus & aliis ceremoniis, si quis offendatur, non habebit actionem injuriarum. Quamvis enim non adeo probemus ejusmodi consuetudines & mores, dum tamen tolerante & connivente Magistratu fiunt, nec nisi per jocum, injuria non poterit iisdem dici illata *l. 3. §. 3. ff. de Injuriis.*

Referuntur alii modi exagitandi Tyrones, in quibus idem juris.

X. Idem dicendum putamus de Mercatoribus, qui si quendam itineris socium vel comitem, imprimis ad nundinas habent, cui antea ista via nec visa unquam fuit, nec trita, solent eundem præviis aliquot ceremoniis ludicris suam ju Hansam suscipere; sie pflegen ihn zu hänselen. Sicut quoque Nautæ ad aspectum nonnullorum promontoriorum novitios suos chordâ constrictos in mare dejicere, ternaque vice vicissim extra aquam usque ad exteriores navis partes trahere & retrahere alicubi consueverunt. Cum quo convenit consuetudo

tudo Bergenſium in Norwegia, quæ olim circa Tyrones, Collegio ibidem, quod vocant Conthor / initiandos, fuit uſitata, quam ludum Neptuni, das Waſſerſpiel/ Garbenſpiel/ Rauchſpiel/ Staupenſpiel vocare ſoliti ſunt. Coler. *Calendar. Perpet. ad Menſ. Maj.* Sprenger. in der Wechſel-Practick *pag. 24.* Ubi ſcilicet Tyrones corbi impoſitos fumo expoſuerunt, flagrisque ad necem usque cæſos, ac tantum non excoriatos extra navis oras in mare projecerunt. Quo ritu ſingulis annis repetito, præterlapſis demum octo annis, digni viſi ſunt, qui in numerum Mercatorum ſuſciperentur, iisque privilegiis, quibus alii, fruerentur. Marquard. *de Jur. Mercat. ſingul. l. 3. C. 2. n. 32.* Conf. Melchior Adami *in vita Huſani p. 288.* Quæ ut & alia cum ſine animo injuriandi fiant, injuriarum actioni non relinquunt locum, *dd. text.*

An quis Calendis Aprilis ad certum locum miſſus, habeat injur. act? Origo hujus rei.

XI. Illud hic non inepte quæritur: Quid de jocoſis illis perſuaſionibus habendum, quibus alter alterum Calendis Aprilis ad certum locum eundem movere ſolet, quas Germanico idiomate dicere ſolemus: Einen nach den April ſchicken/ pariantne injuriarum actionem? Morem hunc originem ſuam debere circumductioni & illuſioni Chriſti die Paſſionis ſuæ factæ à Pilato ad Herodem & viciſſim, contendunt alii, putantes, inventum hoc ab ipſo Diabolo fuiſſe ſubminiſtratum, quo DEus quotannis ab ipſis Chriſtianis ſuis rideretur. Vid. Excellent. Dn. Beemann. *in Syſtem. MS. de Feſtis ad diem Paraſcev.* Alii verò feſto Dei *Riſus*, cujus mentio fit apud Apulejum L. *1. & 3. de Aur. Aſin.* eundem adſcribunt: Hoc enim variis ludicris & deceptionibus ad riſum excitandum peragebatur, quo tempore primum Sol diem longiorem nocte protendit, quaſi tunc cuncta hilaritate mulcerentur. Diether. *in Beſold. Contin. Theſaur. Pract. voce* Narren *in fin.* Quicquid horum ſit, noſtri non eſt inſtituti, hæc omnia percontari, quapropter, quid de propoſita quæſtione habendum, breviter expedimus.

Decidiur quæſtio dicus ſtinctione.

XII. Putamus ergo circumſtantiarum hic potiſſimam rationem habendam. Etenim ſi inter æquales ejusmodi jo-

eus interceſſerit, nulla inde injuria provenit; L. 3. §. 3. ff. de *Injur.* cum nullam realem involvat deceptionem, ſibique imputare unusquisque debeat, quod conſuetudinem, quæ ſtrictiſſime hodienum obſervari ſolet, neglexerit, & ſibi in æſtimandis iſtis jocoſis perſuaſionibus non melius proſpexerit, inprimis quod in proverbium jam abierit:

Es iſt der erſte April
Da ſchickt man den Narren wohin man wil.

Contra ea, ſi inæquales fuerint perſonæ, honoratiori actio injuriarum non denegenda. Quamvis enim nihil injurioſum contineat hujusmodi jocus, aliquali tamen macula aſpergit perſonam honoratiorem, quaſi nugis terentem tempus, quod negotiis arduis & ſeriis impendere neceſſum habebat. Quæ actio etiam locum inveniet, ſi ſic jocus contra liberos honoratiorum adhibeatur, cum reſpectus erga Parentes, ſe quodammodo extendat ad liberos, adeoque Parentibus liceat ideo injuriarum agere. *l. 1. §. 3. l. 18. §. 5. l. 30. §. 1. l. 41. ff. de Injur. §. 2. I. Eod.* Conf. plur. Dn. D. Stryk. *in Diſp. de Jure Perſuaſion. cap. 2. n. 171. ſeqq.*

Referuntur alii mores, in quibus idem juris.

XIII. Idem dicendum de *ritu aquæ perfundendi homines*, qui medio Paſchatis feſto in nonnullis locis ſolet frequentari: Qui ritus an in memoriam Pharaonis in mari rubro ſubmerſi fiat, an à veteribus Chriſtianis deſcendat, qui hoc tempore Candidatos ſuos baptizarunt, Diabolusque ſequentibus temporibus hunc morem perverterit, & jocum ritui maxime ſerio ſubſtituerit, utque jocandi cauſa homines aqua ſe perfunderent, induxerit, non examinabimus. Conf. Excell. Dn. D. Becmann. *in d. Syſt. de Feſtis, ad Feſt. Paſchat. n. 7.* Sicut quoque aliud non putamus *de more virgis ſe invicem cœdendi*, qui alicubi die Cinerum, alibi vero Paſchatis feſto obtinet: Primisque temporibus ideo introductus, ut verberibus his ſive plagis admoniti homines, revocarent in memoriam peccata, ab iisque deſiſterent, & ſe corrigerent. Joco enim hæc omnia expediuntur, nemoque illorum, qui tale quid agunt, quicquam ſerii cogitat.

XIV. Ca-

XIV. Cavendum tamen his casibus ante omnia erit, ne quis modum in jocando excedat, neve tale quid agat, ex quo ad minimum Praxi locorum injuria resultet. Quorsum referendæ ridiculæ illæ atque ignominiosæ noctu subinde exerceri solitæ cantiunculæ, odiosa musica conjunctæ, quod appellant ein Ständchen mit Pfennigspfeiffen und Maultrummeln / vel ubi melioribus quidem instrumentis sunt instructi cavillatores, una tamen semper chorda oberrant; Aut etiam magna instrumentorum dissonantia, dissonantes in persona aliqua mores demonstrant. Quibus actibus, licet jocus aliquis subsit, qui posset videri excludendam injuriarum actionem, cum tamen liberior ille sit, quam ut æquo animo perferri possit, & juxta observantiam modernam in pessimam degeneraverit notam, injuriarum actioni erit locus. Nulla quippe accuratior actuum fit interpretatio, quam quæ ex observantia resultat & usu subsecuto. arg. *l. 4. §. 2. ff. de Public. & Vectig.* Cravett. *Cons. 592. n. 22.* Gail. *l. 1. Obs. 36. & l. 2. Obs. 52. n. 19.*

Si modus in jocando excedatur, Injur. Act. competit. Exempla.

XV. Et hoc quoque affirmandum existimo: Wenn man einer Braut des Nachtes Heckerling streuet: Cum enim alias more quorundam locorum, propè illarum ædium limina, unde pompa nuptialis procedit, gramina per aliquam plateæ partem spargantur, ad denotandam in contrahentibus junioribus floridam ac viridem virginitatem, in ætate profectis autem reviviscentiam; Hic verò contrarium fiat, & pabulis ejusmodi jumentariis defloratа Virginitas & antea ne primoribus quidem labris degustata voluptas Venerea in contrahentibus denotetur, quis non injuriarum teneri hoc facientem, mecum affirmaverit? Conf. Dn. D. Linck. *in disp. de Scommat. th. 13. in fin.* Neque aliud putandum de iis, qui in notam levitatis ædibus contrahentium noctu appendunt serta straminea, indicantia eine Stroh-Hochzeit; Vel qui procis aut virginibus in repulsæ, ab altero latæ, signum, ante ædes corbes fundo carentes affigunt, quod vulgo dicitur: Einem den Korb bringen / hujusque generis innumeris aliis actibus, quibus junior ætas ultra modum delectari solet. Vid. plur. Dn. Schwendendorffer,

Quid juris: Wenn man einer Braut des Nachts Heckerling streuet?

Alia Exempla.

dorffer. *in disp. de Jure Noct. cap. 3.* Licet enim hæc vera sint, ad quæ designanda, præfatæ ineptiæ fiunt, quia tamen illa manifestari Reip. non interest, nec revelatio juste modoque Legibus probato facta, insuper ex opinione Vulgi contumelia aliqua hinc inferatur, nullum dubium est, quin competentibus actionibus teneatur Reus *L. Eum qui nocentem 18. ff. de Injur.* ibique Dn. Præs. *in disp. de Veritate Convicii. Membr. 3. n. 3. seqq.*

Exemplum de Sartore, in cujus signo capri erant picti.

XVI, Plures hujus farinæ jocos mordaces referre possem, nisi eosdem jam propositos viderem in *d. disp.* Dn. Linck. *de Scommat.* Quam ob rem ad illam B. L. remittens, unicum de Sartoribus adjicio exemplum. Scilicet notum est, de illis vulgatum illud dicterium, quo *Capri* nominari atque cum illis in arenam deduci solent. Hoc adumbraturus pictor quidam, oblatum sibi à Sartore pingendum signum, primum oleo subactis coloribus pinxit, aquaticis autem denuo oblevit, qui colores aquatici, ubi aqua pluviæ fuerunt diluti, duo capri invicem irruentes in signo apparuerunt, ostensi demum à Vicinis sartori. Qv. An actione injuriarum teneatur pictor? Quod omnino existimo, cum liberior, quam par erat, fuerit hic jocus, usu & moribus improbatus *l. 15. §. 5. ff. de Injur.* multoque magis improbandus, quod ad invidiam spectet, non hujus tantum Sartoris, sed totius Collegii Sartorum *d. l. 15. §. 5. l. 38. ff. Eod.*

Jocum liberiorem excusat familiaritas.

XVII. Quod tamen iterum limitamus, nisi jocum liberiorem excuset familiaris conversatio, & hactenus culta amicitia: Tunc enim obtinet, quod vulgo dicitur: Unter guten Freunden muß man nicht alles zu Boltzen tragen. Quorsum spectat illud Comici:

- - *Si quid dictum est per jocum*
Non æquum est, id te serio prævortier.

Plaut. *in Amphytr. Act. 3. sc. 2.* & *Pœnul. Act. 5. scen. 5.* Inde non erat causa querendi Chirurgo cuidam, cum quo aliquibus magna intercesserat familiaritas, quod accersitus ad sanandum vulnus in conflictu cum militibus illatum, abluto demum appicto

picto cruore, se pictoris manu deceptum irrisionique cœterorum propinatum advertisset. Jocus enim hic ex eo, quod inter amicos, interque privatos parietes erat factus, facile merebatur excusationem, arg. L. *Si non convitii 5. C. de Injur.* Imputandumque erat Chirurgo, quod in tantam familiaritatem admiserat alios. arg. L. *19. ff. de Offic. Præsid.*

XVIII. Dicendum nunc etiam paucis de actibus, quibus Virgines se læsas nonnunquam, injuriaque affectas queruntur; Juvenes e contrario prætextu joci hos excusare solent, ad quos inprimis refero *Oscula*, quæ licet invitæ data injuriarum pariant actionem, dum hac ratione Virginis attentatur pudicitia, arg. L. *1. §. 2. ff. de Injur.* Dn. D. Stryk. *Tr. de Jur. Sens. Diss. 7. Cap. 5. n. 10. seq.* Aliter tamen puto, si ejusmodi osculis causam dederit præcedens jocus, utpote si Virgo dixerit: Sie wolte dennoch wol sehen/der Sie jemahls küssen solte; Ecquis enim hanc simpliciter invitam crediderit? Quis non potius dixerit, eandem se alterius potestati commisisse, ut periculum osculi inferendi subiret? præprimis si præsentibus juvenibus talia verba proferret. Quapropter huic potius suadendum esset, ut cum puella illa ap. Theocrit. *Idyll. 27.* abstersо vultu & emisso sputo osculum elueret, qnam actionem injuriarum intentaret. *Si jocus causam dederit osculo, cessat Act. injur.*

XIX. Qua occasione simul excutiendum: An si mas quidam joco uxoris alienæ labrum inferius digito percusserit, quod dicunt; Denn Brum schlagen/mulieri actio injuriarum competat? Quod omnino affirmamus: Est enim tactus vel actus hic petulans, velut impudicitiæ lusus. Bald. *in c. Tuæ X. serit? de Procurat. num. 4.* Bocer. *de Adult. Cap. 4. num. 77.* quem si uxor, sine offensione & contradictione admitteret, certe haud parum se suspectam redderet, cum nemo sine periculo suæ existimationis ad hunc actum silere, eique connivere soleat. Cothman. *Vol. 3. Resp. 16. num. 79.* Idem est, si quis Virginem assectetur, i. e. tacitus continuo sequatur §. *1. I. de Injur.* L. *Item apud Labeonem 15. §. 22. ff. Eod.* cum assidua frequentia sinistram pariat apud alios suspicionem *d. l. 15. & 22. Quid juris si quis fœminæ labrum inferius percusserit, quis fœminæ injuriarum competat?*

Nisi colludendi aut officii honeste faciendi gratia id fecerit. Tunc enim injuriarum non tenetur *d. l. 15. §. Meminisse 23. ff. de Injur.*

Si alapa joco illata cessat Act. Injur.

XX. De Alapa joco illata supra *Cap. 3. th. 18.* fuimus solliciti, hic duntaxat illud monemus, quod si quis de facto semet ad perferendas alapas obligaverit, non habeat remedium, illas, si acceperit, vindicandi. Volenti siquidem non fit injuria. *c. 27. de R. J. in 6to.* L. *1. §. 5. ff. de Injur.* L. *3. §. 5. ff. de Liber. hom. exhib.* L. *9. §. 1. ff. de Aqua & Aqv. pluv. arcend.* Cæteroquin vero omnino ideo injuriarum actioni locus, cum alapa pro graviori injuria ab omnibus reputetur, & offensio sit præ reliquis ignominiosa. Fichard. *L. 2. Conf. 117. num. 8.* Dn. Osiander. *ad Grot. de J. B. & P.* L. *1. c. 2. §. 8. Obs. 2.*

Ab injuriis verbalibus excusat jocus.

XXI. Et sic nunc ad *Injurias Verbales* transimus, quæ non solum voce inferuntur & dicto; Sed etiam scripto & literis, *l. 1. §. 1. & l. 5. §. 9. ff. de Injur.* Excusatur tamen hic quoque qui animo jocandi, ludendi, vel tempus fallendi quicquam protulit, *d. l. 3. §. 1. & 3. ff. Bod.* Unde si accidat, ut quis præter intentionem alterius verba captet, & in partem sequiorem, quam quidem fuit cogitatum, rapiat, frequens solet esse purgatio: Man hätte es so böse nicht gemeinet / man würde ja Schertz verstehen können / es entführe einem wol zuweilen ein Wort / &c. Quæ declaratio in judiciis interdum pro ratione circumstantiarum injungi solet, de quo Carpzov. *in Prax. Crim. Qu. 97. n. 14. & seqq.*

Si verba joco-sa per se injuriosa sint, injuriarum agi potest.

XXII. *Vel* itaque verba jocosa sui natura, aut usu & moribus hominum sunt injuriosa; *Vel* sunt indifferentia. Quod priora verba attinet, fundatam habet intentionem ille, contra quem sunt prolata, cum præsumtio militet contra proferentem L. *Si non convicii 5. C. de Injur. l. 18. §. 3. ff. Eod.* Vid. *th. 5. hoc Cap.* Quam ob rem cum faciliorem sibi possit polliceri victoriam, non absurde agit, si actionem injuriarum moveat. Quorsum referimus, si alicui per jocum corporis vitia fuerint exprobrata, quale exemplum de nano quodam gibboso exstat apud *Philandr.* von Sittewald in seinen Saty-

Satyrischen Traum-Gesichten / ubi explorantibus locum, ubi gibbosus commoraretur, & annon equitantem aliquem conspexissent, responderant aliqui: Es wäre ihnen nicht wissend / wol aber / daß ein Pferd vor ihnen hingelauffen wäre / daran zwey Stieffeln gehangen / der Hut aber auff einen gedoppelten Sattelknopff mitten eingenagelt gewesen wäre / &c. Quæ verba cum aperte satis animum contemnendi prodant, dubium non est, quin ideo injuriarum agi possit.

XXIII. Eadem decisio locum habet in verbis, quæ quis de Nobili quodam decrepito protulerat: Daß ihm die Würste den Ruckgrad gar zusammen gezogen hätten. Vid. Fritsch. *in Supplem. ad Wehner. Observ. Pract. voce.* Umreiter-Wurstreiter: Neque enim hæc verba præter speciosam joci denominationem quicquam acquirunt, neque doli præsumtionem, nisi inter amicos valdeque familiares excludere possunt. Quod quoque dicendum, si quis lubricam alicujus fidem denotaturus dixerit: Er trüge auf zweyen Achseln / oder: Es liesse seine *Constitution* nicht zu / daß Er viel auf einer Schulter lange Zeit trüge: Nam & hæc verba talia sunt, quæ usu moderno contumeliosa, nec facile colorari possunt. Vid. Dn. D. Linck. *in d. Disp. de Scommat. th. 11.* *Alia hujus rei exempla.*

XXIV. Quantum ab verba jocosa indifferentia, quæ scilicet in utramque partem bonam & malam possunt explicari, & ubi animus injuriandi dubius, qualia sunt, si quis, v. g. de Medico dixerit: Es wäre ein berühmter *Medicus*, wenn einmahl ein *Patient* in seiner *Cur* gewesen / so würde er so leicht keines *Medici* bedürffen; Sedulo hic exploraodum est illi, de quo talia verba prolata, num ex circumstantiis animum injuriandi probare possit, verbaque hæc contra naturam suam in siniſtram partem fuisse adhibita, docere. Alioquin consultius erit abstinere accusatione, & *non serio perseijui, quod paulo mordacius dictum videtur, quin potius silentio & risu hujusmodi quid dissimulare, ipsaque approbatione eludere*, ut inquit Frehcr. *l 2. de Existimat. Cap. 2. n. 8. & 9.* Etenim difficilis non solum, sed turpis hoc casu sæpe numero est doli probatio, cum vix fieri pos- *Si verba jocosa indifferentia, consultius agit, qui injur. act. declinat,*

ri possit, ut non propria simul turpitudo allegetur, & ex circumstantiis, ab Actore sic allegandis, juxta *l. 2, l. 21. & l. 22. ff. de Probat.* statim probetur, aliquem non absre ita notatum, ejusque suggillationis obnoxium fuisse, juxta tritissimum proverbium: Wenn man unter die Hunde wirfft/welchen man trifft/ der schreyet. Dn. D. Linck. *d. Disp. th. 30.*

An ob dicteria jocosa in civitatis alicujus vel Regionis irrisionem excogitata, injuriarum agi possit?

XXV. Qua occasione paucis subjiciendum, quid de dicteriis illis jocosis, quæ passim in unius alteriusve civitatis, imo totius nonnunquam Regionis irrisionem excogisantur, & detorqnentur, habendum, possitne aliquis illorum causa injuriarum agere? Inveniuntur hic multoties, qui in illa dicteria gravissimo rigore, ad conservandam Patriæ existimationis incolumitatem invehuntur, & illudendi aliis libidinem coërcere moliuntur, pro aris & focis pugnaturi, si aliquatenus saltem scoptico dente petantur; Verum an prudenter satis, de eo valde dubito. Etenim *spreta*, loquit Tacitus *libr. 4. Annal. c. 34. in fin. exolescunt talia, si irascare, agnita videntur.* Quapropter cautius, meo judicio, acturi forent ejusmodi homuncioues, si aliud tempus forsan commodius exspectarent, vires pro Patria periclitandi, hocque casu jocum potius simili joco repellerent, & aliis lubricis linguæ facetiis opprimerent, multo magis, quod non adeo facile hinc cujusquam fama aut existimatio lædatur. Myrquard. Freher. *d. l. n. 9.*

Aff. *Si in specie in alicujus contumeliam prolata*

XXVI. Quid si tamen hæc dicteria ideo proferantur, ut in specie quis iis petatur & ludibrio habeatur, non dubito eidem actionem injuriarum concedendam. Vid. Damhouder. *Prax. Crim. Cap. 139. num. 9. seqq.* Sic enim pravus animus dicentis rem facit iniquam. Quod multo magis obtinet, si quis ejusmodi historias parietibus appinxerit. *l. 5. §. 10. verb. sine scriptura in notam aliquorum ff. de Injur.* Quemadmodum in oppidulo Schildensi, ob multijugam dementiam decantatissimo, magnæ molis cancrum ab ipsorum civium majoribus, primum pro sartore, postea vero pro falsario & proditore Patriæ habitum, aquisque immersum, publicis quendam puteis & cisternis insculpisse perhibent: Qualis jocus

cum

cum nimium quantum modum excedat, procul dubio talis est, qui dolum involvat, & consequenter actionem injuriarum producat Damhoud. *d. cap. 139. n. 12.* Ita etiam si talia in Patriam eructata audiantur, quæ famam Nationis fugillare poterant, merito illa animadversione justa repellenda. Sicut enim bonus quisque præsumitur, qui non est Natione infamata, & malus ille videtur, qui ea Natione est, quæ magis infamis *L. 31. §. 21. ff. de Ædil. Edict.* ita se dignum Patria civem exhibebit, qui vel ab imputata infamia liberaverit Patriam, vel hanc forte sinistra fama laborantem, virtutum studio, famæ restituerit.

Num liceat ex Virgine quærere an sit Virgo?

XXVII. Referri huc potest curiosa magis, quam jocosa Quæstio: Num liceat Virginem interrogare de Virginitate sua? Quod licet prima fronte affirmandum videbatur, cum nemo debeat esse ignarus conditionis ejus, cum qua conversatur, *L. 29. ff. de R. J.* & quærere libertum sit, juxta vulgatum illud: Eine Frage stehet frey. Verior tamen adhuc videtur negativa: Unde dubium non est, quin *ita interrogans injuriarum* teneatur: Omnis enim, qui hoc modo de alterius moribus vitæque integritate interrogat, dubitat; Quæ autem absque præcedentibus legitimis indiciis concipitur dubitatio, injuriosa est & Legibus adversa, quæ unumquemque tamdiu præsumunt bonum, donec contrarium sit probatum. arg. *L. 51. pr. ff. Pro Socio. L. 18. §. 1. ff. de Probat.* Aug. Barbos. *in Thesaur. Locupler. L. 4. c. 12. ax. 16.* Nisi vel amicitia, vel nimia familiaritas hanc quæstionem excusaret.

An si coram Virginibus turpibus verbis aliquis usus, injuriarum conveniri possit?

XXVIII. Eadem injuriarum actio competit Virginibus, si coram ipsis aliquis turpibus verbis fuerit usus, *L. 15. §. 21. ff. de Injur.* Aut enim ut Virgines offendat, talia quis dixit, & res clara est: Aut joco & recreandi ergo, & tunc quoque tenetur, dum ejusmodi obscœna verba proferendo satis ostendit, minus castam à se putari, quæ minus castis delectatur. Nec excusabitur quis, si probare possit, se hujusmodi impudica à Virgine aliquando audivisse: Inveniuntur etenim, quarum verba, si prout jacent & ex ore profluunt, intellexeris, nec ad limites circumstantiarum retuleris, aut cum intentione proferentis

rentis attemperaveris, multorum interdum criminum reas feceris, cujusmodi mulierculas, ore duntaxat, non corde, lascivas, *Germanice* dicere solemus: Maul-Huren. Speidel. *Specul. Notabil. voce. Complimenten.* Qualem fuisse referunt Clytemnestram, cujus mentionem facit Alciat. L. 2. *Parerg. Cap. 12. in fin.* quæ, ut Cœcilii ænigma habet, *in triclinio fuit Coa, in cubiculo vero Nola*, i. e. in convivio inhonesta petenti cuicunque annuit, in cubiculo omnibus negavit.

Qui joco aliquid servo persuasit, non tenetur de servo corrupto.

XXIX. Et hæc de *Injuriis*. Supereſt, ut quantum ad Delicta privata illud adhuc moneamus, non teneri actione de servo corrupto illum, qui jocando & lusus gratia servum alienum corrupit, aut eum deteriorem reddidit: *L. Dolo malo 3. pr. ff. de Serv. corrupt.* Cessat enim in jocante dolus, qui tamen præcise requiritur ad hanc actionem, *d. l. 3. & §. 23. I. de Act.* Inde si quis joco suaserit servo, *ut in tectum* ascenderet, vel in puteum descenderet, *& ille* paruerit, crusque vel aliud quid fregerit, *aut perierit*, non tenetur suasor. *L. 3. §. 1. ff. de Serv. corrupt.* Gothofred. *ad d. l.* Neque enim servus parere habebat necesse; *L. 2. §. fin. ff. Mandat.* Quamvis utilis L. Aquiliæ actio non omnino deneganda. §. *ult. I. ad L. Aquil. L. 4. ff. de Serv. corrupt.*

Crimen læsæ Majest. divinæ committunt, qui joco profanant sacramenta.

XXX. Quo monito progredimur ad Delicta publica, inter quæ se primum sistit *Crimen læsæ Majestatis Divinæ*, quod inter cætera quoque committitur profanatione sacramentorum, quæ licet joco facta sit, non tamen excusat delinquentem. Quamvis enim alias jocans mereatur veniam Carpz. *Prax. Crim. Qu. 121. num. 46.* & quod per jocum fit, non adeo siniſtre interpretandum sit. *L. 3. §. 3. ff. de Injur.* Aug. Barbos. *in Thesaur. Locuplet. L. 9. cap. 83. Axiom. 2.* Delictum blasphemiæ tamen gravius est, quam ut in eo jocari liceat Esbach. *ad Carpz. p. 4. c. 1. def. 10. n. 1.* Masen. *de Font. Argutiar. L. 1. Cap. 9.*

Quæ horum sit pœna.

XXXI. Pœna itaque illorum, qui jocose profanant sacramenta, vel qui ludunt verbo divino, illoque ad jocos utuntur, de quo dixi *Cap. 1. th. 11.* eadem est cum serio profanantibus. Et sic, cum blasphemiæ mediatè in DEum commissæ, qualis hæc est, nulla certa in Jure statuta sit pœna, arbitrio Judicis relin-

relinquitur, pro qualitate circumstantiarum aliquam pœnam decernere. Carpzov. *in Prax. Crim. Qu. 45. n. 80.* Menoch. *de A. J. Q. cas. 376. n. 4.* Inde in casu, ubi quis jocose in commessationibus & compotationibus verba S. Cænæ recitaverat, illamque administraverat, pœnam carceris dictavit Facultas Jurid. Lipsiensis, *Mens. Novembr. Anno 1625.* uti videre est ex præjudicio, quod refert Carpz. *d. Q. 45. n. 100.*

An blasphemus sit, qui amasiam suam vocavit Deam.

XXXII. Cæterum in pervestigandis blasphemiæ speciebus, operosum se præbet, ex Pontificiis, Anton. Diana. *in Resol. Moral. Tom. V. Tract. 8. Resol. 13.* ubi quærit: *An qui amasiam suam vocet Deam suam* seine Göttin *sit blasphemus?* Et multis in utramque partem coacervatis argumentis tandem negativam amplectitur, cui quoque nos accedimus. Licet enim illicitus sit jocus, in quo nomen Dei usurpatur, & jocari in rebus tanti momenti specialis sit blasphemia, quia tamen hic nec profertur, nec accipitur, in significatione propria, sed hyperbolica, pro blasphemia illud non habemus. Quamvis ab ejusmodi inanibus vocibus abstinere tutius omnino arbitremur. Ita quoque, si quis per jocum dicat Sanctos *Crispum* & *Crispinianum* fuisse sutores, & Sanctos *Johannem* & *Paulum* fuisse Evnuchos, an ille sit blasphemus? disputat ibidem Diana *Tom. V. Tract. 8. Resol. 12. num. 3.* Quod nos eo magis negare possumus, quo minus honoris ejusmodi Sanctis tribuendum credimus. *Apocal. 6. v. 9.* Vid. Carpz. *d. Qu. 45. n. 73.*

Qui impedimentum conjugibus gravidem scelere nihil videtur perniciosius aut execrabilius; Etenim creant conjugi habitandi ter puniendi

XXXIII. Præter hæc quoque *Maleficium* ad Crimen læsæ Majestatis Divinæ refertur, Carpz. *Prax. Crim. qu. 48. n. 1.* cujus sicuti variæ species sunt, ita inprimis celebris est illa, quæ fit per nodationem, ligationē ligulæ, vulgò Nestel verknüpffen, aut projectionem seræ clausæ cum clave in aquam. Quo quī- creatur isto, arte Diabolica, tam arctum impedimentum novis Conjugibus, ut nulla fere arte Medica, nisi à solo Deo, vicissim tolli possit, quemadmodum non solum rationibus, sed etiam plurimis exemplis probatum dedit Dn. D. Simonis *in Tr. de Impotent. Conjug. Cap. 6. th. 4. tot.* Add. *c. ult. X. de Frigid. & Malefic.* Eo gravius itaque puniendum, quod quamvis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [79] - 75

res ludicra videatur, magni tamen momenti sit, cum per eam effectus impediantur matrimonii. Bodin. *de Magia Dæmon. L. 4. Cap. 5. in med.* Unde dubium non est, quin ob damnum ita datum gladii pœna irrogari possit, per ea quæ habet Carpz. *d. l. Qu. 50. n. 3. seqq.*

Nisi joco ad primam saltem noctem usque hoc factum.

XXXIV. Quæritur tamen, an eadem pœna obtineat, si quis dicto modo per jocum ad brevius tempus, forsan prima saltem nocte, cohabitationem impediverit? Casum hujus rei refert Carpz. *P. 2. Dec. 186.* de Virgine quadam, quæ ita minata erat Juveni cuidam: Wenn er eine andere freyen würde/wolte Sie Ihm einen Possen thun; massen dann auch geschehen/ und Sie das Schloß nicht Ihme zum Schaden / sondern nur deswegen zugeschlossen/daß Er die erste Nacht nicht bey der Braut schlaffen könne. Et mitigandam omnino censeo pœnam, quoniam voluntas delinquentis, quæ semper in delictis spectanda, *L. 53. pr. ff. de Furt. & L. 1. §. 3. L. Divus Hadrianus 14. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* non fuit, damnum dare, aut perpetuum impedimentum creare, sed vexandi tantummodo causa offendiculum aliquod Sponso præbere. Quod si ergo causa quoque bestialis & fatua sufficit ad pœnæ mitigationem, Nicol. Reusner. *Libr. 3. Dec. 2.* Guid. Papa. *Cons. 31. n. 24.* quidni multo magis jocus & vexatio? Carpzov. *d. Dec. 186. n. 15.*

Homicidium jocando commissum extraordinarie puniendum.

XXXV. Pergo nunc ad *Homicidium*, quod si non pravo animo factum, aut maligna intentione, pœnam gladii ordinariam non meretur *l. 53. pr. ff. de Furt. l. Eum qui 5. ad l. Cornel. de Sicar.* Carpzov. *in Prax. Crim. Qv. 27. n. 2. & seqq.* Inde si contigerit, ut, dum quidam jocarentur, absque dolo quis occisus fuerit, extra ordinem duntaxat pro ratione circumstantiarum pœna à Judice statuenda, aut Lege Aquilia agendum, Wesenbec. *ad ff. tit. ad. l. Aquil. n. 7.* Utpote, si aliqui jocose inter se strictis gladiis dimicaverint, alterque ex his alterum occiderit, Farinac. *Prax. Crim. Qu. 126. de Homicid. n. 30. & seqq.* Ad culposum enim, non dolosum, homicidium hoc referendum, quod non animo occidendi, sed ex lascivia saltem, seu joculario malo & petulantia est patratum *L. Lege Cornelia 4. §. 1. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* ibique Gothofred. *Lit. d.* Das

unge-

ungefährlich aus Geilheit / oder Unvorsichtigkeit / doch wider des Thäters Willen geschehen/juxta verba *Constit. Crim. art. 146.* Idque multo magis, si occisus fuerit auctor joci. Moller. *ad Constit. Saxon. p. 4. C. 10. n. 10.* Add. Speckhan. *Cent. 3. Qv. 6. Class. 2. n. 5.*

XXXVI. Idem obtinet in casu sæpius contingente si scilicet aliquis, qui joco aliquem bombarda terrere volebat, quam globo vacuam, aut eo quidem cum nitrato polvere instructam, sed non intensam putabat, eum invitus trajecerit, Wenn einer den andern aus Schertz mit der Büchsen erschrecken wil/ und ihn unversehens erschießt. Cum enim & hic per meram lasciviam absque dolo & forte fortuna homicidium commissum, quemadmodum ex circumstantiis constare potest, extraordinariæ saltem pœnæ, ob id, quod operam quis dederit rei illicitæ ac prohibitæ, locus erit, *d. l. 4. §. 1. ff. ad l. Corn. de Sicar.* Prout in Scabinatu Jenensi *Anno 1645. Mense Decembri* in terminis decisum testatur Christoph. Philipp. Richter. *Decis. 2. n. 3.* Addatur Wehner. *integro Consil. Francon. 4.* *Sic quoque qui terrendo aliquem joco bombarda, interfecit.*

XXXVII. Simile exemplum de minis jocosis refert Tabor *in Armament. Justin. p. 217. §. 5.* ubi tamen præter minas ad factum processerat Reus. Scilicet minatus alicui fuerat Præfectus quidam, ni abiret, se eum suspensurum, quem in finem etiam ligulam ipsius circum dederat collo, simulansque se eum suspensurum, ramum arboris amplectendo, in altum jam levaverat, sed postea iterum dimissum variis divexaverat modis, usque dum spiritum emiserit supremum. Quo casu licet tota res joco peracta, quia tamen animus adfuit illudendi misero, culpam omnino contraxit Præfectus. Quæ hoc casu eo major, quo magis illicitum erat & injustum factum, in quo versabatur: Unde mirandum non est, eum ex arbitrio Judicis graviorem quoque sustinere debuerit pœnam. Add. Carpzov. *Prax. Crim. qu. 27. n. 33.* *Aliud exemplum de minis jocosis.*

XXXVIII. Neque prætereundus hic nobis est casus, qui præterito mense Julio in Illustri Civitate vicina contigit, & postea inde ad Amplissimam hanc Facultatem Juridicam fuit dela- *Casus de illa quæ joco alteri*

Ancillæ helleborum dare voluit.

delatus mihique ab ejusdem Spectabili h.t. Decano, Dn. D. Strykio, communicatus. Nimirum fuit Ancilla quædam *Titia*, quæ postquam aliquoties alterius ancillæ ejusdem domus *Semproniæ* licentiosum morem quidvis prælambendi ac delingendi experta erat, hujus rei impatiens minata fuit, ni indecoram hanc consuetudinem exuere studeret, se tale quid aliquando ipsi daturam, ut in posterum sua sponte quidvis intactum relinqueret. Accidit verò, ut post aliquod tempus alia ancilla, *Caja* dicta, ex hausto potus cujusdam gravissima senserit tormenta, quæ veneni accepti ex Judicio Medicorum certissimum fuerunt indicium, præsentaneamque mortem intulissent, nisi Medici ocyus illi antidotis quibusdam occurrissent. Ob minas itaque antea jactatas carceri mancipata fuit *Titia*, & inquisitio contra ipsam à Judice instituta; Verum hæc non attenta gravissima admonitione de veritate revelanda, constanter asseruit, se nihil quicquam potui, quem *Caja* hauserat, indidisse præter Helleborum, *Germ.* Nieswurtz / idque joco fecisse, in hunc finem, ut morem quodvis lautum prælambendi, cupediasque appetendi abjiceret *Sempronia*. Sie hätte solches umb ein Gelächter daraus zu machen/ und also der Magd das Naschen abzugewehnen gethan. Quæsitum ergo fuit: *Quo modo ulterius cum dicta ancilla* Titia *procedendum?*

Huic territio verbalis primum dictata.

XXXIX. Hic certe joco helleborum dare, propositum erat *Titiæ*, idque absque pravo animo, animo corrigendi & emendandi alteram ancillam, gulæ delicatiori assuetam, ut non potuisset videri punienda; Verum quia tamen in re illicita versata, operamque dederat rei prohibitæ, non potuit evitare, quo minus territio verbalis ipsi fuerit, *d. 24. Julii currentis anni* dictata, hisce formalibus: Ob wol die Magd *Inquisita* beständig dabey geblieben / daß sie Nieswurtz in den Topff/ daraus *Caja* getruncken/gethan/in Meynung der andern Magd *Sempronia* damit einen Possen zu thun/und ihr die Näscherey abzugewehnen/ auch nicht verhoffet hätte/ daß jemand anders dazu kommen würde; Jedoch aber weil die *Materia* an sich gifftig befunden auch jemand dergleichen Possen zu thun/

dadurch

dadurch ein anderer an seiner Gesundheit Schaden nehmen kan / nicht vergönnet / sondern Sie dannenhero *in re illicita versiret*, daraus leicht eine Tödtung erfolgen können / so ist Ihr der Scharffrichter mit seinen zur Peinigung dienenden *instrumentis* vorzustellen / daß er sie damit hart schrecke / und sich stelle / als solte und wolte er sie angreiffen / jedoch noch zur Zeit unangegriffen/und ist sie in solchen Schrecken zu befragen / 1. Ob sie nicht gewust / was es vor eine *Materia* sey / so sie in den Topff gethan? 2. Ob si nicht gewust daß es gifftig sey? 3. Ob sie nicht den Vorsatz gehabt / dadurch iemand an Leib oder Leben zu schaden? 4. Wem sie solchen Schaden zufügen wollen? 5. Aus was Ursachen? Ad quæ *Postea pœna* interrogatoria, cum denuo examinata *Titia* Inquisita, eadem *carceris.* constantia, quod prius dixerat, confirmaverit, pœna extraordinaria carceris scilicet, dictata fuit ab Amplissima hac Facultate *d. 31. Julii d. Anni* hisce formalibus: Daß sie zwar von der Straffe beygebrachter Vergifftung zu *absolviren*, iedoch aber wegen des begangenen unzuläßigen Possens auff acht Tage Gefängniß zu bestraffen / und die verursachte *Inquisitions*-kosten zu erstatten schuldig. V. R. W.

XL. Et hæc de homicidio revera, joco tamen, commisso. *Si quis joco* *Quæritur* autem, si quis risus, joci, dicisve causa dixerit, se deli- *se delictum* ctum aliquod perpetrasse, an indicium faciat ad torturam? *perpetrasse* Quod ob absentiam veri consensus recte negandum ducimus, *dixerit, an* cum Carpzov. *Prax. Crim. Qu. 121. num. 46.* Quamvis enim ja- *faciat indici-* ctatio sufficere alias videatur ad torturam; *Art. 32. Const. Crimi-* *um ad tortu-* Von ihm selbst Ruhms- oder anderer Weise ungenötheter *ram?* Dinge gesaget. Conf. Menoch. *de Præsumt. l. 1. Qu. 89. n. 14. seq. & de A. J. Q. l. 2. Cas. 331.* Mascard. *de Probat. Concl. 871.* Hoc tamen tantum proeedit, si quis serio jactaverit, ut fortis viri, aut potius audacis nomen venetur, Stephan. *ad d. Art. 32.* & præterea ejusmodi persona fuerit jactans, in quam criminis suspicio cadere possit, *d. Art. 32.* Add. L. *Metum 9.* C. *Quod met. caus.* cum multi aliàs reperiantur, qui jactatione verborum & terriculamentis suis se quidem efferunt, sed cum faci-

nus


nus aliquod aggrediendum est, post principia se continent cum Thrasone Terentiano. Bernh. Zier. *ad d. Art. 32.* Non si quis risus jocive causa verba protulerit; Tortura enim cum res sit seria, merito etiam serium debet habere principium Manz. *ad. d. Art. 32. n. 3.*

Offensio jocosa an liberet occisorem à pœna homicidii ordinaria?

XLI. Coronidis loco illud adhuc adjicimus: An si quis facetiis aliquem perstringeret, aut alias jocando nonnihil offenderet, dicendo: Du wirst sie ja nicht alle fressen/ hic calore iracundiæ incensus illum occideret, à pœna ordinaria sit immunis? Quod negamus, cum Carpz. *p. 4. c. 10. def. 10.* & *Qu. 30. n. 14. seqq.* Vexatio enim revera non est offensio, quippe qua nemo in periculo constituitur, multo minus in discrimine aliquo vitæ, quod alio modo, quam occisione adversarii avertere non potuerit. Debuisset itaque, qui expers *humanitatis & leporis*, joco excipere nescit, si offensum se *putat*, Judicem potius adire, quam propria *autoritate* sibi jus dicere, alterumque occidere, contra *L. Exstat. 13. ff. quod met. caus. L. pen. & ult. ff. ad L. Jul. de Vi privata.*


SOLI DEO GLORIA.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [84] - 80




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [85] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [86] · ·




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [87] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41:Leibn. Marg. 41, Stück 20, [88] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 20, [89] - -
PUBLIC DOMAIN